UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCl.
41
Th. 5882.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

U 1
41

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNTAXIS LINGVAE GRAECAE,

IOANNE VARENNIO Mechlinienſi Autore,

PRAETEREA ANNOtatiunculæ paucæ ad præcepta Syntaxis Varennianæ, per IOACHIMVM CAMERARIVM.

Liber Societatis Jesu —— Paderbornae A° 96. 24 Maij.

AD LECTOREM

εἰς σύνταξιν Βαρίνου.

Δέξαι γραμματικῆς καὶ τὴν δ' εὐεργέα τέχνης,
Πιερὶς ἣν σφετέρης χερὸς ἐπόνησε βίβλον,
Τὸν κάλαμον δεύσασα κάλ' εἰς ξυγγράμματα τῶν περὶ
Λαμπομένων γλαφυροῦ πᾶσ' ἀρέτῃσι λόγου.
Δέξαι, καί ποτε γὰρ πολὺ χεῖρον ἐδέξαο τοῦδε,
Σπουδαίου πολλαῖς χαρμοσύνῃσι νόου.
Ἀλλὰ σὺ καὶ μόχθον μὴ φεῦγε, τὸ σὸν μέρος, ὥστε
Ἀλλέξασθ' ἐπὶ τοῖς τῶν ἐπίπροσθε γραφάς,
Οὕτω γοῦν ψυχὴν διδαχῆς καὶ πνεῦμα λαβούσης,
Δαιδάλεον ζώσης εἰκόνος ἔργον ἔχοις.

ΙΩΑΧΕΙ'ΜΟΥ.

BASILEAE

M. D. XXXVI.

B. 9.

# IOACHIMVS CAMERARIVS BONARVM LITERARVM STVDIOSIS SALVTEM.

CVM alia multa doctorum hominū ſcripta, q̄ noſtris temporib. eduntur, ſpem ferunt futurum, ut bonæ artes aliquādo eos fruct⁹ apud nos quoq; ferant, quos ſuppeditare cultoribus ſuis ſemper conſueuere: Tum me maxime delectāt ea ſcripta, quibus ſtudioſi ad ſermonis ueritatē, & exquiſitum uſum deducūtur. Non enim profecto hoc inane eſt ſtudiū, ut quibuſdā uidetur, qui infamantes, uerborum tantum eſſe aiūt. Quod tamen ipſum in tanto uulgi errore, & prauitate ſentētiarum uincere, difficile: neq; nobis ſcilicet hoc eſt propoſitum in præſentia. Sed amatoribus ſermonis Gręci, quo omnes artes & diſciplinæ, ipſa deniq; quàm latè pa-

tet Philoſophia continetur, uere lauda-
re hunc libellũ cõmendareq́; bonitatis
nomine poſſum, in quo multa, uel poti
us pleraq́; omnia, ordine & diligenter
expoſita ſunt, quæ præceptis cõprehen
denda alicui eſſe uideant̃, ut huius au-
tori multum gratiæ à ſtudioſis profecto
debeatur: Quem apparet permagni fa
cere huius linguæ ſtudiũ, quippe quod
noſtris quoq́; pueris, ut Romanis cen-
ſuit oportere Fabius, p̃cipuũ eſſe uelit.
In quo ut illius cupiditati uenia danda,
ita aſſentiendum temere non eſt. Neq́;
enim in nullo uſu uel ſcriptionis uel lo-
cutionis, proprietas linguæ perdiſci po
teſt: & quæ neglecta proprietate opera
impẽditur, propemodum perdi ludiq́;
uidetur uniuerſa. Neq́; ego neſcio, nul
lam eſſe in dicendo his temporibus ul-
lius linguæ eloquẽtiam: hoc tamen ne-
gari non poteſt, complures ingenioſos,
adhibita eximia cura, & ſecutos rationẽ
ſingularem, induſtria ſua mediocria ſcri
pta lingua Latina elaboraſſe, nõ etiam

nullos eximiam laudem eſſe adeptos: quod in Grȩca nemo adhuc qui tentaret, nedum qui cõſequeretur inuentus eſt. Quare longe ab eo abſumus, ut linguȩ Latinæ ignaris Grȩcam recte tradere, nõ modo expoſitione illius, ſed etiã (in quo eſt plurimũ momẽti poſitum) exemplo noſtro poſſimus, quod in latinitate utcunq; præſtatur à nõ indoctis, neq; indiligentibus. Ego autem etiam ſeriuſcule deducendũ eſſe, quẽ ordine literis inſtituere uelis, ad Græcam, cum iam de uſu Latinȩ & illam melius intelligere, & huius ipſius cognitionem perficere poſſit: tantum abeſt, ut teneræ & ignoranti ætati ingerendam eſſe exiſtimem. quod ſunt, qui utriuſq; nonnunquã indocti, ambitione inducti, nõ ſine detrimento quidem diſcipulorũ facere comperiantur. Omnino ita eſt harum linguarũ ſtudium inter ſe iungendum, ut unum alteri quaſi manum porrigat, & ut mox æquali gradu ad eruditionẽ tendant: qua parte Græca adhuc ſanè

eſt quaſi annis imbecillior, quàm ut ad ſe Latinam ualeat attrahere. hoc igitur munus Latinæ fuerit, grandioris & robuſtioris, quam tamē ipſa Gręca poſtea pficiat, & quaſi cōcinnet. Quapropter faciendū nulla ratione eſt, ut ſeparatim altera utra perdiſcenda ſuſcipiatur, ſed utraq; de altera percipi debet. Neq; ſolum neceſſariam illam reddunt cognitu illæ artes, quæ quia à Gręcis inuētæ et excultæ eſſent, Gręcę dictę fuere: ſed etiam ipſius Latinę linguæ exquiſita, et non cōfuſa ratio, qualis ſine illius quaſi ἐπιλογισμῷ iniri nulla unquam poterit. Hoc qui, ut dico, habere ſibi pſuaſerit, is omni cura & cogitatiōe ſimilia et diſſimilia harum linguarum, dum autores harum leget, animaduertet atq; annotabit uerba, res, ſententias, figuras, deniq; compoſitionem ipſam & formam orationis. Neq; quiſquā arbitratus ſit, inane hoc eſſe, & tantummodo uerborum ſtudium, quod quidē imperiti, ut ſuprà diximus, obijciunt. Non enim mereretur

tur tantos illud labores, non per tot diſcrimina ualetudinis & facultatū appeteretur. Ita enim profecto res ſe habet, cū oratio ipſius mentis interpres ſit, cōſiliorum & cogitationum nullam poſſe uel reuera eſſe, uel intelligi ſaltem conſtantiam, in neglectione certitudinis ſermonis: ut neceſſe ſit, hoc ſtudio ipſum animū colligi et cōſtitui, atq; componi, nō tantum linguam inſtrui. Verum hic ſe diſputationis campus latior aperit, q̄ ut in illum hoc tempore excurrendum eſſe uideatur. & quamuis non quidem dixerim, ſed indicauerim, atq; paucis pſtrinxerim ſentētiam meā, tamen probatum iri confido ijs, qui rem ipſam perpendere cū aliqua attentione animi uoluerint: quibus tamen ipſis ſi contraria ratio potior forte uideatur, teneant ſanè ſuam, mihi relinquant meā. neq; enim diſſenſio hęc etiam diſceſſionem facere debeat. Redeo igitur ad hunc librum, quem utinā autor exemplis de ſcriptis ueterū aſſumptis locupletare uoluiſſet.

 nam

nam admodum auxiſſet præceptorum utilitatem. Ego quidem hortor omnes ſermonis atq; artium ſtudioſos, non quidem ut parui faciant pręcepta, aut deſpiciãt: ſed ut niſi accumulata exẽplis, quaſi anima carere arbitrent̃. Neq; ulla res, ut opinor, nobis nũc etiam obſtat, neq; ingenij expertib. neq; detrectãtibus ſtudium ac laborẽ, quàm illa in ſcholis & ad dictata magiſtrorũ hæſitatio & mora, quo minus eximia laude multi in noſtra etiam gente artiũ atq; doctrinæ eniteãt. Vſu eſt & facto opus. Ad horum laudem cum pręcepta ſola ipſa nũquã ſuffecerint, ſed & quid alij in quoq; genere præſtantes fecerint uidendum, & idem nobis conãdum experiendumq; fuerit: nos quidẽ ceperamus, ſequentes quaſi filum autoris, ſingilatim præceptionib. aliquid attexere. Sed hoc propoſitum quo minus per totum librum duceremus, rupêre neceſſariæ occupationes hoc tẽpore, quo ille excuderet. Nos tamen, ſi uidebitur, aliquando illa

relicta

relicta quoq; perſequemur. Etſi profe-
cto multo maius operæprecium factu-
rus eſt, qui hæc in ſcriptis ueterum ani-
maduertere, et ad illorum certitudinem
exquirere, & ipſa huc applicare, quàm
noſtrę uel alterius collectioni ſtuduerit.
In qua tamen re indicationis opera cō-
modi nō parum ſtudioſis allatura forte
ſit. Reſtat ut hæc qualiacunq;, neq; nu
mero, neq; pondere magni æſtimanda,
collata ad inſtruēda ſtudia ſua,
ſtudioſi Græce linguæ
boni conſu-
lant.

FINIS.

*Annotatiunculas, quas hic ſubijcere, ex autoris inſti tuto, conueniebat, ad Libelli calcem referre oportuit: cu ius te quoq;, Candide lector, admonendum duximus.*

A 5 IOAN-

IOANNES VAREN nius eruditiſsimo Iuris utriuſq; Licentiato, D. PHILIPPO CLERICO S. P. D.

PLVRIMI ſumma eruditione uiri æditis libris de Gręcanica Syntaxi luculentiſſime pceperũt, nimirũ Apollonius, Theodorus Gaza, Laſcaris, aliĳꝗ eiuſdẽ claſſis non pauci, qui eam poſteritati tradiderunt ſic abſolutã, ut illis quoꝗ ad percipiendã eam linguam ſufficiat, qui latine ignorant, quiꝗ Quintiliani freti cõſilio Graece diſcunt, priuſquã ſciant latine. Verum hoc noſtro ſeculo pleriſꝗ hic ordo inuertitur, multis Græce literaturę ſtudia demũ amplectentibus, quũ iam in Latinis literis nõ nihil promouerunt: uel quod tũ deniꝗ animaduertãt, quàm nõ conſiſtit abſꝗ Græcis linguæ Latinæ peritia; uel quod in adoleſcentia

præceptore

ꝑceptore Grȩco deſtituti, Latine tantũ diſcẽdi facultas ipſis fuit, non etiã Græce. quo fit, ut dũ perceptis nominũ uerborumq́ inflexionibus ſeſe conferunt ad ſyntaxim, offendant eã multis ſuper uacaneis implicitam, ac per hoc nimia prolixitate moleſtam: quod paſſim, nul loq́ diſcrimine cõmiſceat, ſiue quæ cũ Latinis pugnant, ſiue cõtrà quæ cõſen tiunt. Nos itaq́ quo diſcipulorũ noſtro rum, quos priuatim erudiendos ſuſcepi mus, tantũ ſubleuaremus tedium, collegimus, et in libellũ perbreuem digeſſimus, quicq̃d in ſyntaxi Græca deprehendimus, quod Latinis uel ignorat̃, uel ab ipſorũ conſuetudine penitus abhorret, omiſſis omnibus quæ cũ eis cõſentiunt. Quãquam autem hæc primũ nõ in hoc conſcripſimus, ut publice omnibus inuulgarent̃, ſed in uſum tantũ & utilitatem cõuictorum noſtrorũ: hor tantibus tamẽ et urgẽtibus amicis, con miſimus ea prælo Reſcij noſtri, tibiq́ in primis dicanda duximus. Siquidẽ maximæ

ximæ mihi iampridem tecũ intercedũt conſuetudinis cauſæ. nempe quod iſtius tuæ eruditionis, haudquaquã uulgaris, me præceptore fundamenta ieciſti: deinde, quod iam inde à puero domeſtica familiaritate mihi coniunctus, ſingularẽ ſemper mihi exhibuiſti beneuolentiam. deniq; quod uirilẽ ætatem iam ingreſſus, tamen non ceſſas perpetuo tui in me amoris declarare ſynceritatẽ. His omnibus etiã accedit, quod frater germanus es ornatiſſimi illius & ſumma humanitate præditi iuuenis, eaq́; utriusq; literaturę & ſacrarum ſcripturarũ eruditione, ut unus nõ modo ſuæ familiæ, aut patriæ, uerum etiam uniuerſo Chriſtianorũ orbi ingenio ſuo, ſi uita longior cõtigiſſet, ornamẽto eſſe potuerit: illius, inquam, Reuerẽdiſſimi domini, Domini Ioannis Clerici, quondã Archiepiſcopi Arborẽſis apud Sardos, diſcipuli & patroni mei, dum uixit, magnificentiſſimi: quem tu quidẽ uniuerſis animi dotibus, morumq́; integritate

adeo

âdeo refers expreſſe, ut nõ poſſis expreſ
ſius. Suſcipe igitur hos noſtros περὶ συν-
τάξεως ἑλληνικῆς Cõmentariolos: in quo-
rũ plerisq; locis utimur exẽplis è ſacris li
bris deſumptis, quod ſciam tibi, quum
& ipſe Eccleſiaſticorũ ordini temet ad-
iũxeris, in primis probari, quicquid Ec-
cleſiaſticam ſcripturam quoquo modo
ſapiat. Vale: Louanij, Anno
à Chriſto nato
1532.
Calend. Iulij.

37

## ERRATA.

Pag.14. uerſu 2. iungũt adiectiua.4. diuerſas. 25.3. ἦδ' ὅπως.26.10. ποιοῦντα.169.11. τὰς δυχωρίας. Item ead. uerſu 20. Similiter &.172.2. παρόνομα. & eod. ὀργῆς. & uerſu 12. ἐνόμιζομ. & 15. ἴκασα.176.7. quarum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNTAXIS LINGVAE GRAECAE, EA

*potiſsimum complectens, quæ à Latinis diſſentiunt,* IOANNE VARENNIO *Mechlinienſi Autore.*

## SYNTAXIS NOMINVM.

### GENITIVVS POST Nomen.

COMPARATIVVM genitiuum exigit, ſignificātem rem exceſſam, ἀχιλλεὺς ἰσχυρότερός ἐστιν αἴαντος, Achilles eſt fortior Aiace. οὐδενὸς χεῖρον, nihilo minus. Hinc eſt, quod 1. Co-

rinth. 13. μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη legi-
mus, maior horum eſt charitas: pro, ma-
ior his. & ad Hebr. 3. καθ' ὅσον πλείονα τι-
μὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν, quan-
to ampliorem honorem habet domus
qui fabricauit illam: pro, ampliorem do
mo, uel ampliorem quàm domus.

Et multo latius patet hic uſus compa
ratiui cũ genitiuo apud Græcos, quàm
cum ablatiuo apud Latinos. Frequen-
ter enim illi per comparatiuũ cum ſuo
caſu explicant, quæ Latinis uocibus eo
dem modo ſermonis abſurde dicerent.
Sed addendum eſt quàm, aut aliud ſimi
le. Δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων δόξαις, οὐχ ἧττον
τῶν ἀποδείξεων, aſſentire oportet opinioni
bus expertorum, non minus quàm de-
monſtrationibus. καλλίον ἐστὶν σοὶ ποιεῖν
φίλους τῶν ὀθνείων, honeſtius eſt amicis be
nefacere, quàm alienis. τοῖς εἰδόσι τῶν ζη-
τούντων ἡδίων ἡ ἀγωγὴ, ſcientibus uita ſua-
uior eſt, quàm indagantibus. μᾶλλον νο-
μίζω σε φίλον τοῦ ἐχθροῦ, magis puto te ami
cum, quàm hoſtem. κρείττων λόγου, ex-
cellentior

ἀγωγὴ educatio.

cellentior quàm dici poſſet. κρείττων τῆς παιδείας, excellentior quàm quem doctrina emendare poſſet. κρείττων μέμψεως, maior quàm ut reprehendi debeat. στεῤῥότερος λόγων, firmior quàm dici poſſet. ἰσχυρότερος πειθοῦς, fortior quàm credi poſſet. μεῖζον λόγου ἔργον, opus maius ꝙ ſermone explicari poſſet. ἥττων ὀργῆς, uel ἔρωτος, minor ꝙ ut iraſci, uel amare poſſet.

Conſtruitur nonnunquam comparatiuum mediante coniunctione ἢ, idq́ quandoq́ cum genitiuo, ὡμίλησα ἀρείοσιν ἢ ὑμῶν. Quandoq́ cum eo caſu quē poſtulat uerbum adiunctum, ὡμίλησα ἀρείοσιν ἤπερ ὑμῖν, cōuerſatus ſum cum uiris melioribus quàm uos eſtis. Quandoq́ cum κατὰ, & accuſatiuo. πλέον ἢ κατ' ἄνθρωπον, plus quàm ſecundum hominem. Quandoq́ cum infinitiuo, νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, ægritudo maior ꝙ ut feratur. Cui interdū interponitur ὥστε aduerbiū digreſſiuū. Τὸ νόσημα μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν, ęgritudo maior q̃ ut poſſet ferri. At ſuperlatiuū nihil horū poſt ſe admittit.

Admittunt etiam comparatiua plurima aduerbia, λίαν, πάνυ, μᾶλλον, & ſimilia: ut πάνυ μεῖζόν ἐστι, μᾶλλον ἑτοιμότερον, multo promptius. Verum ſuperlatiua, quia ſignificant ſummam intentionem, non item.

Superlatiua adſciſcũt genitiuum, ſed pluralem dũtaxat, ἰσχυρότατος ἁπάντων, fortiſſimus omnium. Cæterũ illud, ἄριστα ἑαυτοῦ διελέχθη, optime ſui ipſius diſſeruit: ponitur loco huius, ἄριστα τῶν ἄλλων ἑαυτοῦ διαλέξεων διελέχθη, optime aliarum ſui ipſius diſputationum diſſeruit, id eſt, inter alias. Non enim fit comparatio ad eam perſonã, quam ſignificat genitiuus ſingularis, ſed ad alias ipſius diſputationes. Similiter, αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος, ponitur loco huius, κράτιστος τῶν ἄλλων ἑαυτοῦ πραγμάτων. Et ita in aliis.

Sunt etiam nomina quædam, nõ quidem ſuperlatiua, ſed in ſe habentia natiuam quandam ſuperlatiuorum eminentiã, & ob id ſimilem ſuperlatiuis ſortiuntur conſtructionem, ut δῖα, μόνος, κορυφαῖος,

φαῦος, ἔξοχος. δῖα θεάων, diua dearum. μόνος ἁπάντων, ſolus præ omnibus. κο ρυφαῖος, ἔξοχος πάντων, excellens, eximius præ omnibus.

Attice ponitur ſuperlatiuum pro comparatiuo, & illius conſtructionem obtinet: quo fit, ut tũc addatur genitiuo tam ſingulari, quàm plurali. πλεῖστόν σου ἐμόγησα, pro πολλῷ πλεῖόν σου ἐμόγησα, multo plus te laboraui. τὰ ἄῤῥενα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων, pro κινητικώτερα, longe agiliores fœmellis ſunt maſculi.

Et econtrario, comparatiua capiuntur loco ſuperlatiuorum, πάντων σοφώτερος ἦν ὁ Σωκράτης, pro σοφώτατος. Sic primę Corinth. 13. μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, maior his charitas. μείζων dixit, pro μεγίστη. Quale & illud Catulli,

*Heſpere qui cœlo luces iucundior ignis:*

pro, iucundiſſimus ignis.

Superlatiuum præter genitiuum admittit etiã aliquot adiectiua, πλεῖστα, πολλῷ, ὅσον, & ſimilia. πλεῖστα εὐδαιμονέστα-

τος, maxime feliciſſimus. πολλῷ μάλιστα, multo maxime. ὅσον πλεῖστον, quãtum plurimum. ὅσος μέγιστος, quantus maximus.

Præponunt etiam ſuperlatiuis ὡς, mediante δύναμαι, aut οἷόν τε, aut alio ſimili. ἐξώπλισε στρατείαν ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, armauit exercitũ quàm potuit pulcherrime. ὡς οἷόν τε ἄριστα, quàm potuit optime.

Loco cuius etiam licet ponere participium uerbi ἐνδέχομαι, mutato ſuperlatiuo aduerbiali in nominale. Ariſt. 7. Politicῶn: ἡ δὲ πόλις κοινωνία τίς ἐστιν ἕνεκεν ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης, ciuitas eſt ſocietas quædam uitæ gratia quàm fieri poteſt optimæ.

Nomina adiectiua neutri generis accipiuntur nonnunquam abſtractorum loco, & more illorum admittunt genitiuum. τὸ σοφὸν τοῦ πέτρου, pro ἡ σοφία τοῦ πέτρου. τὸ τοῦ ἀνθρώπου καρτερικόν, pro ἡ τοῦ ἀνθρώπου καρτερία. τὸ ἀγαθὸν τοῦδε, pro ἡ ἀγαθότης τοῦδε.

Adiectiua crebro regunt genitiuũ ἑλληνικῶς, deficiẽte ἕνεκα. ut μακάριος τῆς θέας, id eſt,

id eſt, ἕνεκα τῆς θέας, beatus qui iſta uideris.

Adiectiua facta per α particulam priuatiuam, adſciſcunt genitiuum uel accuſatiuum, mediante præpoſitione πρὸς. ut ἄκληρος τῶν πατρῴων, exhæres patrimonij. ἀθέατος τῆς ἀληθείας, uel πρὸς τὴν ἀλήθειαν, qui non uidet ueritatem. ἄπιστος τούτου, uel πρὸς τοῦτον, non credens huic.
Sic Virgil. in 9.
*Fidusq; ad limina cuſtos.*

Nomina adiectiua poſſeſſiua aliquoties tranſeunt in ſubſtantiua neutri generis: & tunc habent genitiuum ſui ſubſtantiui. ut pro ἰωνικὴ στολὴ, ſæpe dicitur ἰωνικὸν τῆς στολῆς, Ionica ſtola.

Sunt & alia quædam adiectiua, quæ ſubſtantiue poſita genitiuum admittũt. εἰς ὅσον δόξης, pro εἰς ὅσην δόξαν. ἐπὶ μέγιστον δόξης, pro ἐπὶ μεγίστην δόξαν. ἐπὶ μέγα δόξης, pro ἐπὶ μεγάλην δόξαν.

Quod non ſolũ fit in neutro, ſed quandoq; etiam in eo genere, cuius eſt genitiuus adiunctus. πολλὴ τῆς ὁδοῦ, pro πολὺ τῆς ὁδοῦ, uel πολλὴ ὁδὸς, multa uia.

ὠμὴ τῶν μερίδος, pro ὠμὸν τῶν μερίδος, uel ὠμὴ μερίς, pars cruda. πολλὴν τῆς σικελίας ἐπέδραμεν, pro πολὺ τῆς σικελίας, multam partem Siciliæ incurſauit. οἱ ἡμίσεις τῶν ἄρτων, dimidia pars panum.

Item hæc, ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος, & ſimilia, genitiuo gaudent. Matth. 3. ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, facite fructus dignos pœnitentia. Luc. 10. ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ, dignus eſt operarius mercede ſua. ἀνάξιος τοσούτων δώρων, indignus tantis muneribus.

Et uerbalia in κος. ποιητικὸς τῶν ἐπιτηδείων, ποιητικὸς τοῦδε. Quæ differentiam ſignificant, ἕτερον, διάφορον, ἄλλο, & ſimilia. ἄλλος τούτου, alius ab hoc. διάφορον ἐκείνου, ab illo diuerſum.

Nomina priuatiua, πένης, γυμνὸς, ὀρφανὸς, ἐνδεὴς. ut, ἐνδεὴς πάντων, indigus omnium. Et plenitudinis nomina, πλούσιος πραγμάτων, εὔπορος, πλήρης.

Quoduis adiectiuum partitiue poſitum, adſciſcit genitiuum. οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, qui inter amicos ingenui ſunt. qua-

le

le etiam illud Plinianum, Ouorum ob-longa.

Cum ſignificatur aliquid ineſſe ſiue adeſſe cuipiam, quod ad laudem ſiue uituperium pertinet, per genitiuum effertur. ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, uir magna uirtute. Quod & per accuſatiuum dicitur, συνεκδοχικῶς. ἀνὴρ μέγας ἀρετήν.

Genitiuus quandoque per ſe poſitus, abominantis eſt. τῆς ἐξουσίας, ô licentiam hominum. τῆς τύχης, ô fortunā. Ponuntur enim huiuſmodi orationes loco harum, ὦ τῆς τύχης, uel φεῦ τῆς τύχης.

DATIVVS POST Nomen.

COmparatiuū gaudet datiuo, ſignificante quantitatem ſiue modum exceſſus. μείζων ἐμοῦ ἑνὶ δακτύλῳ, maior me uno digito. πολλῷ μείζων, multo maior.

Adiectiua compoſita à σὺν & ὁμοῦ, datiuum poſtulant. σύντροφος ἐμοί, collactaneus ſeu connutritus mihi. ὁμόψηφος ἐκείνῳ, cum illo eiuſdem ſententiæ. ὁμόψυχος ἐμοί, unanimis mecum.

Adiectiua quæ paſſiue capiuntur, adſciſcunt datiuum. ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, uulgo ignotum.

Gręci per duos datiuos, mediante cõiunctione καὶ, ea proferunt, quæ Latini per unum datiuum, cum aduerbio congregandi, ſiue cum ablatiuo, præcedente prępoſitione cum. Ioan. 2. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; quid tibi mecum negotij eſt mulier? Et Matth. 8. uociferantur dęmones, τί ἡμῖν καὶ σοὶ ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; quid tibi rei nobiſcum eſt Ieſu fili Dei? Et cap. 27. μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, ne quid rei tibi ſit cum iuſto illo.

ACCVSATIVVS POST Nomen.

GRæcis paſſim conſtruuntur accuſatiuo nomina adiectiua ꝑ ſynecdochen, in oratione ſoluta. τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, nares muco plenus. κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, ornatus ueſtem. τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, habitũ decorus. Quod etiam per datiuũ dici poteſt, κόσμιος ἀναβολῇ. ὅμοιος τὸ μέγεθος, uel τῷ μεγέθει. ἀνόμοιος ὄψιν, uel ὄψει.

In

In accuſatiuo ponitur etiam quod eſt ſecundum aliquid. *σοφὸς τὰ μηχανικά.*

Adiectiua gaudent accuſatiuo, ſi ſubintelligas κατά. ut *σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα*, Syrus & nomine & patria. *ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν*, pauci numero. Sic Virg. in 5. *Creſſa genus.*

Verbalia in *τεον* adſciſcũt datiuum, uel accuſatiuum. Hoc fit, quod huiuſmodi uerbalia reſoluent̃ per hoc nomen *ἄξιον*, & per infinitiuum. Vnde datiuus refertur ad hoc nomen *ἄξιον*, quod gaudet datiuo. ut *χρηστέον ἐμοὶ*, id eſt, *ἄξιόν ἐστί μοι τὸ χρῆσθαι. ἀποδοτέον ἐμοὶ*, id eſt, *ἐμοὶ ἄξιόν ἐστι τὸ ἀποδοῦναι. ἰτητέον ἐμοὶ, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ ἰέναι.* Accuſatiuus uero ad infinitiuum refert̃, qui ex natura ſua ante ſe poſcit accuſatiuum. ut *χρηστέον ἐμὲ*, hoc eſt, *ἄξιόν ἐστιν ἐμὲ χρῆσθαι. ἰατέον τὴν νόσον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας*, id eſt, *ἄξιόν ἐστι τὸν ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας ἰᾶσθαι τὴν νόσον*, medendum eſt morbo ei, qui negligit cauſam.

Præter hunc datiuum, uel accuſatiuum, regũt caſum ſui uerbi. ut *ἀποστατέον*

*ἐμοὶ,*

ἐμοὶ, uel ἐμὲ τοῦ πράγματος. quia ἀφίστημι τοῦ πράγματος. δοτέον ἐμοὶ, uel δοτέον ἐμὲ τῷ φίλῳ ἀργύριον. quia δίδωμι τῷ φίλῳ ἀργύριον. γραπτέον ἐμοὶ τὴν ἐπιστολὴν, quia γράφω τὴν ἐπιστολήν. Sæpe etiam additur his uerbalibus uerbum ſubſtantiuū, ut ſit ſermo plenus, ἔστι γραπτέον ἐμοὶ, λεκτέον ἐστίν. Loco cuius utunť quandoq; participio, Attice, ut ἔγνων μενετέον ὄν, cognoui manendum eſſe. οἶδα γραπτέον ὄν, noui ſcribendum eſſe.

Dicunt & pluraliter γραπτέα ἐμοὶ, pro γραπτέον ἐμοὶ, Attico more: quorum eſt uti pluralibus loco ſingularium.

Efferuntur etiam more nominum adiectiuorum, λυπτέος νόμος, γραπτέα γράμματα, γραπτέα ἐπιστολή. Et ita in aliis.

Atticis eleganter obliquis caſibus antecedentibus, oratio recto caſu claudiť: ut, εὑρεῖν ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις ἀλληλοφονίαν, μοιχείαν, ἐπιορκίαν, ἀνδρομανίαν, τὸ πάντων ἔσχατον κακῶν εἰδωλολατρείαν. pro, καὶ ὃ, ἤ ἐστιν ἔσχατον πάντων κακῶν, εἰδωλολατρείαν, & quod omnium malorum primū eſt, idololatriam.

ſolatriam. Ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐνενήκοντα, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρότατον, id eſt, ὅ,τι δεῖ τὸ μακρότατον.

Attici uſurpant uocatiuum pro nominatiuo, Macedones uero et Theſſali cõtrario nominatiuũ pro uocatiuo. Homerus, αὐτὰρ ὁ αὖτε θυέστ' ἀγαμέμνονα λεῖπε φορῆναι. uocatiuum θυέστα poſuit, pro nominatiuo θυέστης. Quorum imitatione Latini dicũt in nominatiuo poëta pro poëtes, propheta pro prophetes.

Apud poëtas adiectiuum ſæpe non reſpondet ſuo ſubſtantiuo, neque genere, neq; caſu. κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro κλυτὴ ἱπποδάμεια. θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια ἐέρση. ἦλθον ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, pro ἔχουσα. αἰδὼς καὶ νέμεσις καλυψαμένω, pro καλυψαμένα. Apud Heſiodum, ἀπόλλωνα ἀστράπτων, pro ἀστράπτοντα. Apud alios ſcriptores uidetur etiam ſæpenumero non reſpondere genere, Atticorum more, qui participijs ſingularibus uerborum imperſonalium iungũt neutra nomina pluralia, ut ταῦτα δόξαν ἡμῖν, pro ταῦτα δόξαντα ἡμῖν.

ἡμῶν. de quo latius poſtea.

Item ſubſtantiuis fœm. iungũt actiua in ος. Chryſoſt. ὑπομένω θλίψεις διαφόρους, καὶ ποικίλας, ſuſtineo afflictiones diuer‑ & uarias.

Hoc eo fit, quod Atticis adiectiua in ος communiter accipiantur, maxime in compoſitis & deriuatis, ut ὁ καὶ ἡ ῥιζοφάγος, ὁ καὶ ἡ ἀρχηγὸς, ὁ καὶ ἡ δημιουργὸς, κακοῦργος, ἔπακτος, ἐπαγωγὸς, φιλόσοφος, & ſimilia.

Et in deſinentibus in ος purum, & in ρος, ut ὁ καὶ ἡ θυραῖος, ῥαγδαῖος, σπουδαῖος, βίαιος, διάφορος.

Et in μος, ut ὁ καὶ ἡ βάσιμος, θανάσιμος, δικάσιμος, γνώριμος, δόκιμος, ὥριμος, πλωϊμὸς, ἕτοιμος. Præter hæc etiam χαῦνος & ἐξίτηλος. ut ἡ χαῦνος γῆ, ἡ ἐξίτηλος συμφορά.

Item pro maſculino & fœminino eleganter utuntur neutro. ἀπολυκώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστίν, ἀδικία οὐκ ἔστι κερδαλεώτερον δικαιοσύνης, ἡ φύσις ἐστὶ φιλότεκνον.

Iungit in hoc ſchemate interdũ plurale cũ ſingulari, χρήσιμον εἰς ἁγνείαν αἱ νηστεῖαι. q̃ locutiones emphaſim quandã habẽt.

In

In quibuſdam adiectiuis certa quædã ſubaudiuntur ſubſtantiua, quorum aliquot aſcribemus exempla, è quibus etiã cætera facile intelligentur. πρὸς ὀρθὴν, ſub auditur γραμμὴν, uel γωνίαν, ad rectam lineam, uel ad rectum angulũ. ἐπ' εὐθείας ἰέναι, ſubauditur γραμμῆς. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι, id eſt, τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγουσαν ὁδὸν ἰέναι, ire uiam quæ ducit ad mortem. τὴν ἐπὶ θάνατον κρινόμενος, ſubaudit ὁδὸν, id eſt, condemnatus ad mortem. ἑτέραν τρέπεσθαι, ſubauditur ὁδόν. ἀξίαν ἀποτίνειν, ſubaudit τιμωρίαν.

Loco ſingularium nõnunquam uſurpant Attici nomina pluralia, ut οὐδ' ὅσια πράττειν ἐστί, pro οὐδὲ ὅσιον. Sic τὰ πρῶτα, primũ. τἀρχαῖα, olim. τὰ τελευταῖα, ad ultimum. τὰ μάλιστα, maxime. τὰ ὕστατα, poſtremo. πολλαπλάσια, multipliciter. πολλὰ, multũ. μέτρια, mediocriter. μεγάλα, magnifice. μηδέτερα, neutrũ. θάτερα, alterũ. ὁπότερα, utrumlibet. ἐπὶ θάτερα, in diuerſum, in alterã partem. ἐπὶ τάδε μὲν, ἐπ' ἐκεῖνα δέ. uel ſic, ὡδὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, pro citra

& ultra dicunt. Et ἕκαστοι, pro ἕκαστος, unuſquiſq;. Similiter ſuperlatiua, ἀλυπότατα, lętiſſime. ἀοκνότατα, impigerrime. ἀκληέστατα, ignauiſſime. κεχαρισμενώτατα, gratiſſime. Comparatiua uero non item: nam ſemper per ſingulare enuntiantur.

Nomina numeralia compoſita, dum numerus minor præcedit, proferunt in oratione mediante coniunctione καὶ. ut, τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, ἑκκαίδεκα, τρίτος καὶ τριακοστός. loco cuius etiã poteſt dici, τρίτος πρὸς τοῖς τριάκοντα, uel τρίτος ἐπὶ τριακοστῷ, triceſimus tertius. Sed dum numerus maior pręcedit, efferuntur ſine coniunctione, δεκατρία, δεκαπέντε, δεκατέσσαρα, δεκαέξ. & ita in alijs, quæ ſunt infra centum. Nam ſupra centum proferuntur etiã mediante coniunctione, maiore numero præcedente, ut ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα.

Cęterum nomina numeralia cardinalia iuncta, ſine cõiunctione quidem proferuntur ut dictio compoſita, non ut oratio,

tio, δεκατρία, εἰκοσιτέσσαρα, εἰκοσιέξ. Si uero media ſit coniunctio καὶ, proferuntur modò ut dictio compoſita, modò ut oratio, ut τρία καὶ δέκα, uel τριακαίδεκα. τέσσαρα καὶ εἴκοσι, uel τεσσαρακαιείκοσι.

Ordinalia uero ſemper efferuntur ut oratio, εἰκοστὸς πρῶτος, ἑβδομηκοστὸς δεύτερος. Niſi conſtet ex altero cardinali & altero ordinali, ἑπτακαιδέκατος, ἐννεακαιδέκατος.

Similiter ſi iungantur plures numeri aduerbiales, erit oratio, non dictio compoſita. ut ἐννεάκις, εἰκοσάκις, καὶ ἑπτακοσιοπλασιάκις: id eſt, nouies, uicies ſupra ſeptingenties.

Si uero pręcedant numeri cardinales, & poſtremus ſit aduerbialis, proferunt̃ ut unica dictio compoſita, nõ ut oratio. ut ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις, quę dictio ualet, nouies & uicies ſupra ſeptingenties.

Quæ Latini dicunt undeuiginti, duodeuiginti, undetriginta, & ſimilia, Græcis dicuntur hoc modo, δυοῖν δέοντα εἰκο

τῶν ἔτη, duodecenteni anni. δυοῖν δεούσας ἑκατὸν μνᾶς, duodecentenas minas. δυοῖν δεόντων εἴκοσι ναῶν, duodeuiginti nauiū.

Vel per genitiuū abſolutū. τριάκοντα μιᾶς δεούσης τριήρεις, undetriginta triremes. δυοῖν δεόντοιν εἴκοσι ἄνθρωποι, duodeuiginti homines. ἑνὸς δέοντος εἴκοσι, undeuiginti. pro quo licet dicere, ἑνὸς δεῖ εἴκοσι, poſito ſcilicet impſonali δέον, loco genitiui abſoluti, more Attico, ut in participijs notabit.

Poteſt etiam in omnibus his loco numeri maioris poni datiuus numeri ordinalis, ut pro μιᾶς δεούσης τριάκοντα τριήρεις, dicamus μιᾶς δεούσης τριακοστῇ τριήρει. & pro ἑνὸς δέοντος εἴκοσι ἄνθρωποι, ἑνὸς δέοντος εἰκοστῷ ἀνθρώπῳ, & in alijs ſimiliter.

Dicunt etiam ἵππος χίλια, pro mille equites, quaſi millenarius equitatus. & μύρια ἵππος, pro μύριοι ἵππεις. Quod genus loquendi non eſt apud Latinos.

Interrogatiua numeralium ſunt. πόσα, ad quod reſpōdetur, δύο, τρία, & alij cardinales. ποσάκις, ad quod reſpondetur δὶς, τρὶς, & alij aduerbiales. πόστος, ad quod

quod reſpondetur, τρίτος, δεύτερος, τέταρτος, ordinales. ποστημόριον, id eſt, quotæ partis, quaſi πόσον μόριόν ἐστιν: ad quod reſpondetur, τριτημόριον triens, τεταρτημόριον quadrans, & ita in aliis. pro quo etiam dicitur τρίτον τῶν μορίων, & τέταρτον τῶν μορίων, πέμπτον τῶν μορίων. Sic πολλοστὸν, uel πολλοστημόριον, pars una è multis, id eſt, particula minima. ὀλιγοστὸν, pars una è paucis. μυριοστὸν, ex infinitis una pars. χιλιοστὸν, è mille pars una, hoc eſt, milleſima. His ſimilem formã habet δυοστὸν, hoc eſt, δεύτερον τῶν μορίων, ſemiquinque. quod tamẽ legiſſe ſe apud autores negat BVDAEVS.

APPENDIX QVINTA.

Quædam nomina conſtruuntur aduerbiorum loco, ut ὅσον, fermè, circiter. unde ὅσον αὐτίκα, quàmprimum. ὅσον οὐδέπω, fermè. ὅσον ἥκει ἐπ' ἐμὲ, quatenus ad me pertinebat. ὅσον τάχος, uel ὅτι τάχος, quàm celerrime. Quando autem poſtponitur dictionibus, ſignificat ualde. ἀμήχανον ὅσον, ualde difficile. θαυμαστὸν ὅσον, mirum

in modum. pro eodem capitur θαυμαστὸν ἡλίκον. Sic ὀλίγοι ὅσοι, admodum pauci.

Item χολῇ γε, pro multo minus, nullatenus. ut, εἰ δὲ μὴ τούτων, χολῇ τῶν γε ἄλλων ἔσαι τὰ γένη παρὰ τὰ εἴδη, ſi uero non horũ multo minus, ſiue nullatenus aliorum erunt genera præter ſpecies.

Sic etiam hi accuſatiui, βλέπειν σεμνὸν, βλέπειν βλοσυρόν τι, βλέπειν, βασιλικὸν, βλέπειν μανικόν.

APPENDIX SEXTA.

Sunt etiam nomina quæ nonnunquã ornatus gratia inſeruntur, & ad ſententiam ipſam nihil cõferunt, ſed planè abũdant, ut τίς, uel τί. Lucian. πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην, ad hoc igitur ego reſpondi. Hinc dicitur, ὅπως τι, σχεδόν τι, πάνυ τι, quod & πάνυ δὴ dicitur. Et ποιός τις interrogatiue, pro ποῖος. ποίους τινὰς, pro ποίους. πόσος τις, pro πόσος. & ὁπόσος τις, pro ὁπόσος. ὁποῖός τις, pro ὁποῖος. οἷός τις, pro οἷος. Sic Græcorũ imitatione apud Ciceronem Philip. ſecund. abundat quid; Neſcio quid, conturbatus eſſe uideris.

Ex

Ex hoc ſchemate fit, quod interrogatiua Græcis nonnunquam duplicentur, hoc modo, ποῖα ποίοις, ποῖος ποίῳ, τίς τίνι. Sic Ariſtot. in 4. Polit. τίς δὲ πολιτεία τίσι, καὶ ποία συμφέρει ποίοις, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων διελθεῖν.

## SYNTAXIS VERBORVM.

### NOMINATIVVS ANTE Verbum.

NOMINATIVVS pluralis neutri generis Atticis conſtruitur cum uerbo ſingulari, τὰ παιδία παίζει, pro παίζουσι, pueri ludunt. ζῶα τρέχει, pro τρέχουσιν, animalia currunt.

Hoc Poëtis etiã fit in maſculino & fœminino, τοῦ δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, pro ἦσαν, illius erant tria capita. μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλονται, dulcisoni hymni facti ſunt initia poſteriorũ ſermonum.

Inueniuntur etiam hoc modo neutra pluralia Attice iuncta participijs ſingularibus uerborũ imperſonalium: ut Plato in Prota. δόξαν δ' ἡμῖν ταῦτα, pro δόξαντα δὲ ἡμῖν ταῦτα, cum hæc inter nos conueniſſent. Quo in loco etiã accuſatiuus participij uerbi imperſonalis ponitur loco genitiui abſoluti, ut latius dicemus in capite de Participijs.

ἄμφω & δύο tametſi ſint tantum dualis numeri, conſtruuntur etiam uerbis pluralibus. ἄμφω τρέχετον, uel ἄμφω τρέχουσι, ambo currunt.

Nomina quæ formatione quidẽ ſunt pluralia, ſignificatione uero dualia, uel ſingularia, non iunguntur uerbis dualibus uel ſingularibus, ſed pluralibus dũtaxat, ἀθῆναι φιλοσοφίαν ἔτρεφον, non ἔτρεφε, Athenæ Philoſophiam nutriebant.

Ante uerbum ponitur nonnunquam Attice genitiuus loco nominatiui, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν, utinam illius boni mihi nũc fiat. Quale illud Ciceronis: Cũ illius temporis mihi uenit in mentẽ.

Verbum

Verbum quod ante ſe habet nominatiuum, reſolui poteſt quandoq; quidem in cognatum nomen, idq; uel per nominatiuum, uel per genitiuum, ut Λύκιοι συνεμάχουν τοῖς Τρωσὶν, Lycij auxiliabantur Troianis: ſic reſoluitur, σύμμαχοι τοῖς Τρωσὶν ἦσαν: uel ſic, τῶν συμμάχων ἦσαν, ex auxiliaribus erant. Quandoq; uero in participium, itidem uel per nominatiuum, uel per genitiuum ſic, συμμαχοῦντες ἦσαν: uel ſic, συμμαχούντων ἦσαν. Semper enim loco nominatiui, quẽ poſt ſe habet uerbum ſubſtantiuũ, licet ponere genitiuũ pluralem Attice: ut, ἐκεῖνος ὑπάρχει δίκαιος, uel ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν δικαίων. ἐστι εὐγενής, uel τῶν εὐγενῶν.

## DE CONSTRVCTIONE uerborum ſubſtantiuorum.

VErbum τυγχάνω cum ſit ſubſtantiuum, utrinq; habet nominatiuũ: melius tamen poſtponitur ei nominatiuus participij uerbi ſubſtantiui εἰμὶ, cum alio nominatiuo, hoc modo, Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφὸς, Socrates eſt exiſtens ſapiens.

Quod ſi ei poſtponatur participiũ uerbi adiectiui, non opus erit præterea alio nominatiuo. Perfecte enim dicimus, Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν, Socrates eſt ambulans: Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος, Socrates eſt diſputans; omiſſo participio ὤν.

Conſtruitur etiam quandoque uerbum ſubſtantiuum ἔστι cum articulo ſubiũctiuo, & in recto & in obliquo, tam ſingularis quàm pluralis numeri, hoc modo: ἔστιν οἵ τινες, hoc eſt, aliqui. οὐκ ἔστιν οἵτινες τρέχουσι, nulli currunt. ἔστιν οἷς, pro quibuſdã. φωνή τις ἔστιν οἷς ἐξηκούετο, uox quædam quibuſdam exaudiebatur. ἔστιν οὕς, aliquos, ut ἑώρων πολλοὺς μὲν ἐκ μάχης φεύγοντας, ἔστι δὲ οὓς εἰς θάνατον περιπεσόντας, uidi multos è conflictu fugientes, & aliquos in morte proſtratos. pro quo etiam dicunt, ἔστιν οὕς τινας. ἔστιν ὧν, quorundam. ἔστιν οἵ, quidam. ἔστιν οὗ, cuiuſdã. Et ſic de aliis caſib.

Conſtruitur etiam hoc modo: ἔστιν ὥς, pro quodammodo, quadantenus. ut ἔστι μὲν ὥς καὶ ὕλη μέρος τινός λέγεται, ἔστι δὲ ὥς οὔ.

quodam-

quodammodo materia pars alicuius di
citur, & quodammodo non.

Etiam ἔσθ᾽ ὅπως ſignificat quodam-
modo. ἔστιν ὃν τρόπον, pro quodammodo,
quadantenus. πάνυ μὲν οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον,
ἀλλ᾽ ἔστιν ὃν τρόπον, non planè ita eſt, ſed q̃-
dammodo. Quod quidem ita dicitur per
ἔλλειψιν præpoſitionis κατὰ, articulo ſub-
iũctiuo ὃν accepto, pro hoc nomine infi
nito τινὰ: ita ut ἔστιν ὃν τρόπον, ſit loco huius,
ἔστι κατά τινα τρόπον. ἔστιν ἐφ᾽ ὅτῳ, aliqua cauſa.

GENITIVVS POST
Verbum.

VErba ſenſuum ſignificatiua, gau-
dent genitiuis, uelut αἰσθάνομαι,
ἀκούω, ἅπτομαι, γεύομαι, ὀσφραίνομαι. ut αἰ-
σθάνομαι τῆς τῶν λόγων ἡδύτητος, ſentio ſer
monis ſuauitatem. μὴ γεύεσθαι μελανούρων,
ne guſta ex ijs, quibus nigra eſt cauda.

Excipiunt ea quæ uiſum ſignificant,
ueluti ὁρῶ, ὁρῶμαι, θεῶμαι, βλέπω, & ſimi-
lia, quæ exigunt accuſatiuum, quod ui-
ſus cæteris ſenſibus ſit certior & pene-
trabilior. Verum Attici omnia ſentien-

di uerba conſtruunt cum accuſatiuo.

Cæterum uerbum αἰσθάνομαι quandoq; ſignificat intelligo, & tum ſi referatur ad eandem perſonam, conſtruitur cum participio nominatiui caſus. αἰσθάνομαι καλῶς ποιῶν, intelligo quod benefaciam. αἰσθάνῃ καλῶς ἀναγινώσκων, intelligis te recte legere. Sin uero ad aliam perſonam, conſtruit accuſatiuo. αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε, intelligo te hoc facere.

Item ἀκούω capitur nonnunquam pro uocor, & tunc habet utrinque nominatiuum, more uocatiuorum uerborum. Sic Gregorius de Seruatore ait, Σαμαρείτης ἀκούει, uocatur Samaritanus.

Item uerba quæ animi affectionem ſignificant. ἐρᾶν Θέτιδός τε καὶ Γαλατείας οὐ δύνασαι, non potes Thetidem ſimul & Galateam amare. ἐπιθυμῶ σου τοῦ φίλου μου, deſidero te amicum meum. πάντα ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ, omnia bonum aliquod appetere uidentur.

Conſtruuntur etiam hæc uerba cum infinitiuis, additis articulis genitiui caſus,

ſus, ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, deſidero legere. ἐπιθυμῶ τοῦ μανθάνειν, cupio diſcere. φιλῶ, ἀγαπῶ, ἐλεῶ, οἰκτείρω, & ſimilia.

Quibus iungunt̃ uerba curandi, φροντίζω, ἐπιμέλομαι, μέμνημαι.

Adduntur genitiuis etiam uerba participandi, κοινωνῶ σοι τῆς δόξης, ſum tecum particeps gloriæ. μετέχω σοι τοῦ πάθους, particeps tecum ſum afflictionis, quod etiã per accuſatiuum dicitur, μετέχω σοὶ τὸ πάθος. Vnde & illud Comici, οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοὶ, non enim participabas pares plagas mecum.

Verba imperandi genitiuis gaudent, ἄρχω μηδενὸς, nulli impero. βασιλεύω, κυριεύω πάντων, dominor omnib. τυραννῶ, κρατῶ τῶν ἑσπερίων, dominor occidentalib. Ad hanc formã legimus Matt. 20. Principes gentiũ dominant̃ eorũ, pro dominant̃ eis. Gręce enim eſt, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Attice additur his uerbis datiuus.

Conſtruuntur etiam cum accuſatiuo, βασιλεύω σὲ, δεσπόζω σὲ, κυριεύω σέ. uerũ tunc ſignificant βασιλέα σὲ ποιῶ, regem

te facio. δεσπότην σε ποιῶ, dominũ te facio. Et ita in aliįs.

Priuandi uerba & erroris. στέρομαι τούτων, ἁμαρτάνει τ̃ ὁδοῦ ὅλης, errat tota uia. ἐλαττῶ σε ἑταίρου.

Quin & uerbis differendi aut diſtandi apponitur genitiuus, διαφέρει πάντων, differt ab omnibus. χωρίζομαι, ἀπέχω, διίστημι, διέχω. Et uerbis aſſequẽdi, & fruſtrandi, ἐντυχῶ, ἀτυχῶ, ἀποτυχῶ, & ſimilia. ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, aſſequi bona promiſſa. Similiter uerbis concedendi, συγχωρῶ, ὑπείκω. Prohibendi, κωλύω.

Gaudent genitiuo uerba plenitudinis, copiæ, aut inopiæ. γυμνῶ σε ἀγαθῶν, nudo te bonis. κενῶ σε πραγμάτων, euacuo te rebus. πληρῶ σε ἀγαθῶν, impleo te bonis. πληθύειν τὴν πόλιν ἀνδρῶν, ciuitatem plenam eſſe uiris. γεμίζω φιαλὴν ὕδατος, impleo phialã aqua. Matth. 22. ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, nuptię impletæ ſunt diſcumbentibus.

Appretiatiua uerba admittunt genitiuum ſignificantem pretium, ὠνησάμην

πρὶν τ

πεντε δραχμῶν, emi quinque drachmis. πολλοῦ πωλεῖς, magno uendis. δέκα ταλάντων τιμῶμαι, decem talentis æſtimo. τιμῶμαί μοι θανάτου, meipſum morte dignū̃ cenſeo. Quod etiam quandoq; dicit præcedente præpoſitione πρὸς uel ἀντὶ, aut ſimili. τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται, modicis lucris uitam commutant. ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, pro morti obnoxio corpore gloriam comparare immortalem.

Crebro regunt uerba genitiuum ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, ut ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, hoc eſt, ἕνεκα τῆς προαιρέσεως, ſuſcipio ſiue approbo te, quod ad uolū̃tatem attinet. εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc eſt, ἕνεκα τῆς τύχης. beatum te prædico propter fortunam, aut quod ad fortunā atti net, utrunq; enim ſignificat ἕνεκα. Huius ſchematis eſt etiam quod dicitur, εὖ ἥκει φρενῶν, pro φρόνιμός ἐστιν. εὖ ἥκει παιδείας, eruditus eſt. Quē morem Latini imitantur nonnunquam in huiuſmodi orationibus, Populi ſeruandi laborat, Rei-

publicæ

publicæ defendendę periclitatur. in quibus deeſt, cauſa. Quandoq; deficiente alia quauis prępoſitione, quæ poſtulat genitiuum. λύω σε τῶν δεσμάτων, pro ἀπὸ τῶν δεσμάτων. διώκω σε τῆς οἰκίας, pro ἐκ τῆς οἰκίας. παύω σε τῶν κακῶν, παύω σε τοῦ παίζειν. κουφίζω σε τοῦ χρέους, pro ἀπὸ τοῦ χρέους. ἁρπάζω σε τοῦ πυρός, pro ἐκ τοῦ πυρός.

Verba accuſandi, damnandi, abſoluendi, & conſimilia genitiuum adſciſcunt, qui ſignificet crimen; quod nonnunquã etiam effertur per accuſatiuũ. Per genitiuum quidem, ut διώκω σε φόνου, accuſo te cædis. αἰτιῶμαί σε τοῦδε, criminoſe hóc tibi obijcio. ἁλίσκω σε τούτου τοῦ ἀδικήματος, conuinco te huius iniuriæ. ἑάλω κλοπῆς, damnatus eſt furti.

Quod etiam licet ſic dicere, ἑάλω κλέπτων. uel ſic, ἑάλω ἐπὶ κλοπῇ, & ita in alijs ſimilibus. διώκω σε πληγῶν, ἐγκαλῶ σοι πληγῶν, ago tecum iniuriarum ob uerbera. φεύγω δουλείας, cauſam dico ſuper ſtatus controuerſia. φεύγων φόνου, poſtulatus cędis. φεύγων ὕβρεως, poſtulatus iniuriæ.

ſuriæ. φεύγω ἀνθρωποφονίας, reus homici-
dij. καταγινώσκω σὲ φόνου, damno te cędis.

Per accuſatiuum, καταγινώσκω σοῦ τόδε, hoc de te iudico & ęſtimo. καταγινώσκω σοῦ ἀμαθίαν, iudico te imperitum.

Effertur etiam per accuſatiuū, quod pœnam ſignificat condemnationis. καταγινώσκω σου θάνατον, mulcto te morte. κατακρίνω σου θάνατον, damno te ad mortem. Quod etiam paſſiue dicitur, per nominatiuum. κατέγνωσταί σου θάνατος, κατακέκριταί σου θάνατος, rei capitalis damnatus es, & ultimo ſupplicio. Vel per accuſatiuum, κατακρίνομαι θάνατον, καταγινώσκομαι θάνατον, damnor ad mortem.

Verba paſſiua exigunt genitiuū mediāte ꝑpoſitione ὑπὸ uel παρὰ, aut ſimili: ſicut Latinis ablatiuū mediāte ꝑpoſitione a uel ab. τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, uerberor abs te. loco cuius quãdoq; ponunt datiuū, πεποίηταί μοι, pro ὑπ' ἐμοῦ. λέλεκταί σοι, ꝑ ὑπὸ σοῦ. διδάσκομαί σοι ῥητορικὴν, ꝑ διδάσκομαι ὑπὸ σοῦ, doceor abs te Rhetoricam.

Quædam uerba regūt genitiuū, quia

reſoluunt

reſoluuntur in nomen, cui iungitur genitiuus. ἀξιῶ σε τιμῆς, pro ἡγοῦμαί σε ἄξιον τῆς τιμῆς. γυμνῶ σε ἐνδυμάτων, pro καθιστῶ σε γυμνὸν τῶν ἐνδυμάτων. Ad Hebreos 3. πλείονος δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, ampliori gloria præ Moyſe dignus habitus eſt.

Quibuslibet uerbis apponitur genitiuus ſignificans ſpeciem temporis, hoc eſt, cum interrogatio fit per quando: ut ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται, noctu diuq́ operatur. ἑσπέρας ἥκων, uenit ueſperi. χειμῶνος καὶ ἔαρος αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσιν, hyeme & uere ſunt uentres calidi.

Similiter ſpatium temporis, hoc eſt, cum interrogatio fit per quamdiu, ponitur in genitiuo, quando tempus præteritum ſignificat negatiue, οὐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, non dixi multo tempore. Aut quando per breue tempus aliquid accidiſſe declaratur, μικροῦ παρῆλθεν, paululū præterijt.

In alijs ponitur ſpatium temporis in accuſatiuo, ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, tota die operatus ſum. Ioan. 15. τοσοῦτον

χρόνον

χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, tanto tempore uobiſcum ſum. εἰμὶ ἐνταῦθα πάντα τὸν πόλεμον, ſum hic toto tempore belli. ἔζη πάντα τὸν τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείαν, uixit toto tempore regni Traiani. Quod & per datiuum effertur, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, uiginti totis annis peregrinatus. Dicunt & per nominatiuum ſic, ἐξῆλθεν ἤδη ἔτος τρίτον, annum ab hinc tertium. ἀφ' οὗ δὲ ἔτος ἤδη τρίτον ἐξήκει μετὰ τὸ ἀποσχολάζειν ἐμὲ, iam triennium eſt à quo ſtudere deſij.

Quod materiã ſignificat, in genitiuo ponitur, ἐποίησε λίθου, fecit è lapide. Cui quandoq; additur præpoſitio ἐξ, ut ἐποίησε ἐκ λίθου.

Similiter & id quod ſignificat partẽ, κρέμω σε τοῦ ποδὸς, ſuſpendo te pede. πίνω τοῦ ὕδατος, bibo de aqua. δρέπομαι τῶν ἀνθῶν, carpo de floribus. Si totum ſignificent, utuntur accuſatiuo. πίνω τὸ ὕδωρ, bibo aquam.

Verbum ſubſtantiuum adſciſcit nonnunquam genitiuum. τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, horum, aut de numero horum eſt

Plato. Quod uerbum quandoꝙ omittitur. οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ, neꝙ ego ſum de numero nocentium.

DATIVVS POST
Verbum.

Verba ſequendi exigũt datiuum, ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς, ſequor ueteres. ἀκολούθει μοι, ſequere me.

Similiter uerba certandi, μάχεσθαι κυσὶ ἐν φρέατι, in puteo cum canibus pugnare. τοῖς θεοῖς μάχεσθαι, pugnare cum dijs. φιλονεικῶ σοι, contendo aduerſum te. παλαίω τοῖς πολλοῖς, luctor aduerſus multos. παυροτέροις πολεμεῖν, aduerſus pauciores belligerare. Sic Virg.

*Placido'ne etiam pugnabis amori?*

Quibus nonnunquam additur genitiuus, ἀμφισβητῶ σοι τούτου, uel περὶ τούτου, certo tecum de hac re.

Quoduis uerbum admittit datiuũ ſignificantem qualecũꝙ inſtrumentum, aut modum actionis, πολεμίζειν γλώττῃ, bellare lingua. χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ θυλάκῳ, manu ſerere oportet, non to

to thylaco. τίνι τρόπῳ γράφεις; quo modo ſcribis? His finitima ſunt, q̃ cauſam ſignificãt, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, inuidia hęc facit.

Nõnunquam & precium ponitur in datiuo, Chryſoſt. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, propria morte gregẽ emens.

Verbis ſignificantibus motum ad locum, additur ſæpe datiuus loco accuſatiui, cum præpoſitione, ut ὁρμᾷ διὰ τοῦ ἀέρος τῇ πόλει, pro εἰς πόλιν.

Cum uerba regunt datiuum pronominis αὐτός, ſæpenumero intelligit̃ præpoſitio σὺν, ut ἀποτέμνω αὐταῖς ῥίζαις τὰ δένδρα, hoc eſt, σὺν αὐταῖς ῥίζαις. αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ἄνδρας, hoc eſt, σὺν αὐτοῖς ὅπλοις, unà cum armis accepit uiros.

Ἔστι pro habeo, gaudet datiuo, ſicut apud Latinos. οὐκ ἔστι μοι ἀργύριον, nõ habeo argentum. Et familiariter adſciſcit ſibi hos datiuos, βουλομένῳ, ἀχθομένῳ, & ſimiles. ὅσα βουλομένοις ἦν, ſuo arbitratu. οὐκ ἦν βουλομένῳ μοι ταῦτα, hæc non placuerunt mihi. ὅτῳ μὴ ἀχθομένῳ εἴη ταῦτα, quo non inuito hæc eſſent.

χρῶμαι & χρῆσθαι, & ſimilia, conſtruunt datiuo. χρῶμαι τοῖς φίλοις, utor amicis. καλῶς ἑαυτῷ χρῆσθαι, honeſte ſe habere.

Et huic datiuo additur nõnunquam accuſatiuus τι uel ὅτι, ut οὐκ ἔχω ὅτι χρήσωμαι ἐμαυτῷ, incertus ſum quid agam. οὐκ ἔχω τί χρήσαιμι τούτῳ, neſcio quomodo eo uti debeam.

Mutatur etiam hic datiuus nonnunquam in accuſatiuum, χρῶμαι τοῖς σοῖς, uel χρῶμαι τὰ σὰ, utor rebus tuis.

Hæc autem genitiuo & datiuo, φθονῶ, μετέχω, κοινωνῶ, συγγινώσκω. ut φθονῶ σοι τούτου, inuideo tibi hanc rem. φθονῶ σοι τοῦ πλούτου, inuideo tibi diuitias. μετέχω σοὶ τούτου, huius rei tecum particeps ſum.

Item hæc imperſonalia, δεῖ, μέτεστι. μέλει, μεταμέλει, διαφέρει, προσήκει. ut μέλει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius mihi curæ eſt. διαφέρει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius mea refert. προσήκει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius me decet. δεῖ μοι τούτου, opus eſt mihi hac re.

Loco datiui licet quãdoq; ponere genitiuum,

nitiuum, antecedente præpoſitione. ἐπέχω τὴν γνώμην τούτῳ, & ἐπέχω τὴν γνώμην περὶ τούτου. ἐφίστημι τὴν γνώμην τούτῳ, & περὶ τούτου, adhibeo animum huic rei.

Ἀμύνομαι, τιμωρῶ, ἐκδικῶ σοι, uel ὑπὲρ σοῦ, ulciſcor iniuriã tibi illatã. Cũ accuſatiuo uero ſignificant hæc uerba, crucio, uindico, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, ſeipſum crucians, ἀμύνομαι, uel ἐκδικῶ σε, uindico te.

## ACCVSATIVVS POST Verbum.

ACcuſatiuũ admittit quoduis uerbum nominis ab eo deducti, μάχομαι μάχην, pugno pugnam. ζῶ ζωήν, uiuo uitam. δουλεύω δουλείαν, ſeruio ſeruitutem. Sic Terent. Cantilenam eandẽ canis. Aut nominis relatiuum, ἡ ἀδικία ἣν ἀδικῶ σε, iniuria qua te afficio.

Quoduis uerbum conſtruitur etiam accuſatiuo, ſi ſubaudiatur κατά. γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον, pro κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, ſcripſit dicto modo. ἐποίησε ἀκρίβειαν τὸν ἐνόντα τρόπον, id eſt, κατὰ τὸν ἐνόντα τρόπον, quàm fieri potuit maxime. Sic ad Phil.

4. ἀνεβάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, pro, κατὰ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, reuiguiſtis in ſentiendo de me.

Accuſatiuo gaudent uerba adorandi, τιμῶ, σέβομαι, κολακεύομαι, θωπεύω, αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι. Miſerendi, ἐλεῶ, οἰκτίζω, κλαίω, θρηνῶ. Et ſupplicādi, ἱκετεύω, λιτανεύω, ἀντιβολῶ, ἐκλιπαρῶ.

Græci paſſim utuntur etiam in oratione ſoluta accuſatiuis per ſynecdochen, πλήττομαι τὸν πόδα, percutior pedem. ἀλγῶ τὴν κεφαλήν, doleo caput.

Attici uſurpant accuſatiuum loco datiui, ubi ſignificant bene aut male fieri cuipiam. οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοί, qualia facis mihi. Matth. 27. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; quid igitur faciam Ieſu, qui dicitur Chriſtus? ποιῶ σε ἀγαθόν, pro ποιῶ σοι. δρῶ σε τόδε, pro δρῶ σοι τόδε. Pariformiter loquuntur paſſiue. Vt enim dicunt, εὖ ποιήσω σε: ſic etiam paſſiue, σὺ εὖ πεικοθήσῃ παρ' ἐμοῦ, pro, tibi bene fiet à me. Sic & Act. 12. dicitur, τί ἄρα ἐγένετο ὁ Πέτρος, quid'nam factus eſt Petrus, pro,

pro, quid'nam factũ eſt Petro. Sic item Matth. 11. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, pauperes annunciantur Euangeliũ, pro, pauperibus annunciatur Euangelium.

Hinc fit, quod ad imitationem Græcorum paſſim legitur in ſacris literis, benedicere, et maledicere, cum accuſatiuo ſignificante eum, de quo quis bene aut male loquitur, qui & ipſe benedici & maledici dicitur.

Paſſiua inſuper adſciſcũt accuſatiuũ eum, quem uerbum actiuũ habet poſt datiuum acquiſitiuum, ut ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, defers mihi arbitrium.

Sic paſſiue, ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, ego deferor arbitrium, pro, arbitriũ mihi delatũ eſt. Sic 1. Timoth. 1. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ, ſecundum Euangelium, quod cõcreditus ſum ego: pro, ſecundum Euangeliũ, quod mihi concreditum eſt.

Attice ponitur accuſatiuus pro genitiuo. ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro τῶν χρημάτων, priuo te pecuniis. Et econuerſo,

 geni-

genitiuus pro accuſatiuo, τοῦ αἵματος ἀποψῶσα, pro τὸ αἷμα ἀποψῶσα. Quod plerunque fit ſubaudiendo alium caſum, quem poſcit oratio, ut μὴ ἔχειν χρημάτων, id eſt, χρήματα. ponitur enim pro μηδὲ ἓν ἔχειν χρημάτων.

Græcis ſunt plurima uerba compoſita, quæ tametſi caſum ſuum includere uideantur, tamen inſuper conſtruuntur accuſatiuo, & tum capiuntur pro ſimplicibus. οἶνον οἰνοχεῖν, fundere uinum. πάντα παιδαγωγῶ, omnia guberno.

Additur etiam uerbis accuſatiuus nõnunquam loco aduerbiorum. ὀξὺ γράφεις, pro ὀξέως γράφεις. καλὸν ποιεῖς, pro καλῶς ποιεῖς. καλὰ ἐβουλεύσω, pro καλῶς ἐβουλεύσω. βλέπειν μανικὸν, pro μανικῶς βλέπειν. βλέπειν βλοσυρόν τι, pro βλέπειν βλοσυρῶς.

In accuſatiuo ponitur inſuper continuitas temporis, ut dictum eſt ſuprà.

Cæterum nullum uerbum eſt Grecis quantumuis intranſitiuum, quod non admittit interdũ accuſatiuum alicuius

actionis

actionis ſignificatiuum. ὅσα ὑβρίσθην, in quantis affectus ſum contumelia. ὅσα ἠδίκησθε, in quantis affecti eſtis iniuria. πάντα ἐξηπατημένοι, in omnibus decepti. γεραίρομεν αὐτὸν τὰ εἰκότα, honoramus eũ ut par eſt, uel pro dignitate. ἀτυχῶ πολλά, ταῦτα δέον μαρτύρομαι, μεγάλα δὲ ἔπαθον, ἐπαινῶ σε τοῦτο, ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι τὴν δικαιοσύνην. Sic Terent. Id operam do. Etiam ſubſtantiuis uerbis hoc pacto apponunt accuſatiuum, τοῖς παροῦσι σύνειμι τὰ εἰκότα, cum præſentibus conuerſor, ut par eſt, & pro dignitate.

Sunt quæ geminum admittunt accuſatiuum, αἰτιᾶταί σε τοιαῦτα, obiịcit contra te alia. διώκω σε γραφὴν ταύτην, reum te criminis huius facio. τοιαύτας δίκας τοῦτον ἀπέφυγον παρόντα, talibus cauſis hoc præſente abſolutus ſum. ἐκλέγω τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας, exigo uectigalia à prætereuntibus nauigiịs. ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα, aufero tibi res. αἰσχύνομαι τοῦτον τὴν μετάθεσιν, facio ut hunc pudeat mutatum uideri. προκαλοῦνται ἡμᾶς πρόκλησιν, διδά-

σκει μαθητὰς ποιητικὰ, παιδεύω σε παιδείαν, νουθετῶ σε νουθεσίαν, κλέπτω σε τοὔνδυμα, ζημιῶ σε χρυσίον, κρύπτω σε τὰ ἐμὰ, ἀποστερῶ σε χρήματα uel χρημάτων, ἀφαιρῶ σε τὰ βιβλία uel βιβλίων, ἐνδύω σε τὸ ἱμάτιον, μύω σε τὰ μυστήρια, εἰσπράττω σε χρήματα, ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος. Horum paſſiua regunt unũ accuſatiuum, ut apud Latinos.

Inter ea quæ conſtruuntur datiuo & accuſatiuo, ſunt quæ mutant datiuum in accuſatiuum, & accuſatiuum in datiuum, δωροῦμαί σοι βιβλίον, δωροῦμαί σε βιβλίῳ. χαρίζομαί σοι τοῦτο, χαρίζομαί σε τούτῳ.

*Hactenus de Accuſatiuo.*

## DE VERBIS CONSTRVCTIS cum diuerſis caſibus.

Nihil uetat quo minus eidem uerbo diuerſi caſus apponantur, diuerſæ rationis.

Vnde approbandi & reprobandi uerbo addi poteſt accuſatiuus cum genitiuo ἐλλειπτικῶς, ſubaudiẽdo ἕνεκεν. uel genitiuus cum accuſatiuo ἐλλειπτικῶς ſimiliter, ſubaudiendo κατά. ἀποδέχομαί σου τῆς σπουδὴν,

σπουδήν, uel ἀποδέχομαί σε τῆς σπουδῆς. καταγινώσκω σου φόνον, uel καταγινώσκω σε φόνου. μακαρίζω σε τῆς θέας, uel μακαρίζω σου τὴν θέαν. ζηλῶ, εὐδαιμονίζω, & ſimilia.

Item, ἀγαπῶ conſtruitur accuſatiuo, quia actiuum. ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου, diliges dominum deum tuum. Et datiuo, quando ſignificat boni cõſulo, contentus ſum. ἀγαπῶ τοῖς δεδιῃτημένοις, contentus ſum, ſiue acquieſco arbitrorum ſententiæ. Quo ſignificato cõſtruitur Atticis etiam cum accuſatiuo. ἀγαπῶ τὴν κρίσιν, iudicio cõtentus nolo prouocare. Similem conſtructionem habet uerbum στέργω. Et ἔχω, dum eſt actiuum, habet accuſatiuum, ἔχω ἀργύριον, habeo argentũ. Dum ſignificat poſſum, exigit infinitiuum. Luc. 7. οὐκ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο, nõ ualentibus reddere, donauit utriſq;.

Cum ſignificat affectum eſſe erga aliquem, poſtulat datiuũ. ἔχω σοι, tibi affectus ſum. Vel genitiuum cum aduerbio, οὕτως γνώμης ἔχω, huius ſum ſentẽtiæ.

καλῶς

καλῶς ἔχω τοῦ σώματος, corpore recte ualeo. ἀπαιδεύτως ἔχω τῶν γραμμάτων, rudis ſum literarum.

Dicimus etiam ἄχθομαι, χαίρω, ἥδομαι τούτοις, uel ταῦτα. πάσχω κακά, uel πάσχω κακοῖς. βόσκομαι τόδε, & βόσκομαι τῷδε. ἄρχομαι λόγον, & ἄρχομαι λόγου. ἐξάρχω δόγμα, uel δόγματος. χορτάζω σε ἄρτῳ, & χορτάζω σε ἄρτον. φθονῶ σοι τὸν πλοῦτον, uel τοῦ πλούτου.

DE CONSTRVCTIONE VERborum iuxta generum diuerſitatem.

PLurima uerba actiua ſortiunt̃ Gręcis ſignificationẽ paſſiuorũ, quare & eorundem obtinent conſtructionẽ. ἀπαλλάττω pro ἀπαλλάττομαι, defungor, liberor. ἀπαλλάττω ὑπὸ σοῦ, liberor abs te. τελῶ, cenſeor, contribuorq́. τελῶ εἰς ἄνδρας, cenſeor inter uiros. ἀναλαμβάνω, recreor. ἀνακάμπτω, reflector. ἐπανακάμπτω, idem. ὑποκάμπτω, flector. ὑπαναστρέφω, reflector. ἀνταποδίδωμι, uiciſſim reddor. ἀποδίδωμι, reddor. ἐξαλλάττω, παραλλάττω, συνάπτω, coniungor. ἀντιστρέφω, retrorſum agor. ὑπτιάζω, pro ὑπτιάζομαι. ἐξυ

πτιάζω

πτιάζω, pro ὀξυπτιάζομαι. ἐπέχω, retineor, ſiſtor. ῥίπτω, iactor. ἀσκῶ, exerceor. κρύπτω, occultor.

Quandoq; etiam compendio ſermonis ſortiuntur abſolutorum constructionem. μεταλλάττω, pro morior, ſeu migro dicũt, ſubaudientes τὸν βίον. μετηλλαχὼς, defunctus. καταστρέφω, quod ſignificat finem facio, pro deſino dicunt, & pro morior. ἀποτείνω, pro, longam orationem habeo. καταλύω, pro morior, hoc eſt, καταλύω τὸν βίον. Quomodo & Latini hoc uerbũ uerto abſolute accipiũt, pro euenio. Terent. Quæ res tibi male uertat.

Quemadmodum actiua, ut dictum eſt, ſortiuntur nonnunquam paſſiuorũ conſtructionem, ſic & econtrario paſſiua ſortiuntur Atticis quandoq; conſtructionem actiuorum. κολάζομαι, pro κολάζειν. τοσαῦτα χρήματα ἐγκαλεῖσθαι, pro ἐγκαλεῖν. τὸν εἰς τὰς δεινότατας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν, pro ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν, qui ciuitatem in grauiſſima infortunia conïecit.

conieciт. οὓς εἰς τὰς ἀκροπόλεις παρεῖντο, pro προείκασι, quos in arces admiſerunt. συνέσανται ἴσους, pro συνίσασι. ἀνίεσθαι, pro ἀνιέναι. προεσπᾶτο, pro προέσπα, auellebat.

Verbis neutris, quamuis abſolutis, utuntur pro paſſiuis, eandemq́ cum illis conſtructionem eis tribuunt, ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, τελευτήσας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου τῇ αὐτῇ συμφορᾷ.

Media habent cõſtructionem actiuorum & paſſiuorum, quia tam actiue, quàm paſſiue ſignificãt. βιάζομαι τὸν φίλον, uiolo amicum: & βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, uiolor ab amico. ἄγομαί σε, duco te: ἄγομαι ὑπὸ σοῦ, ducor abs te.

## DE CONSTRVCTIONE Modorum.

INdicatiuo utuntur nõnunquam loco optatiui. Greg. ἄδηλον ἦν, εἰ προσήσεται, incertum erat, ſi admiſſurus erat. προσήσεται dixit, pro προσήσοιτο.

Per indicatiuum etiam multa dicunt, quæ Latini efferũt per coniunctiuum. οὔτ' ἐποίησα οὐδὲν, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη, neq; feci quicquam,

quam, ob quod erubuerit, uel erubeſce re debuerit. χριστιανῶν οὐδεὶς ἐστιν, ὅστις μὴ ἐβαπτίσθη, nullus eſt Chriſtianus, qui non ſit baptizatus. Quod etiam per optatiuum dici poteſt, addito ἂν, δυνητικῶς, hoc modo, χριστιανῶν οὐδεὶς ἐστιν, ὅστις μὴ βαπτισθείη ἄν.

Plerunque etiam uerbum optatiuũ conſtructum cũ particula potentiali ἂν, habet ſenſum futuri, ὅτι ἂν ποιήσειε, quod facere poſſit, uel poterit. Sine ἂν uero, quandoque capitur pro præterito, ἃ δέοι, quæ opportuna erant.

Quãdoque uero proprie, hoc eſt, optatiue, & ei uel additur εἴθε, uel ſubaudit. εἴθε γράψειεν, utinam ſcriberet. μὴ σύγε τοιούτου κριτοῦ τύχοις, abſit ut in huiuſmodi iudicem incidas.

Optatiuus præterea ſæpe ponitur pro indicatiuo. Plat. in Prota. ἔλεγες γὰρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. πέμψειε dixit, pro ἔπεμψε.

Hoc fit plerunque, ubi optatiuus conſtruitur poſt ὅτι, & ὅπερ, & ὅς, & ὅσοι, &

ὅτε,

ὅτε, & ὡς. ut, ὃς τοὺς ἄνδρας κατακρημνήσειε, id eſt, κατεκεκρημνήκει, qui præcipitauerat. Id autem adeo ualet apud Græcos, ut etiam futuro optatiuo utãtur de præterito loquentes. Xenophon, οἱ δ᾽ ἀπεκρίναντο, ὅτι καὶ αὔριον ἕωθεν, εἰ πορεύοιντο καταλήψοιντο, id eſt, cõprehenſuri eſſent.

Accipitur etiam Atticis pro cõiunctiuo, ut ἐὰν ἔλθοις, pro ἐὰν ἔλθῃς.

Modus coniunctiuus ſæpe accõmodatur futuro, etiam in uoce pręſenti, ὁπόσα βούλῃ, quæcunqȝ uolueris. οὓς ἂν ἐθέλῃς, quoſcunqȝ uolueris. ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς εἰς ἐμὲ, id eſt, ingreſſus fueris, uel adieris.

In uerbis coniunctiuis ſæpe ſubauditur ἵνα, uel aliud quippiam ſimile. Chryſoſt. concione ſecunda de fato: ἑτέρως λυμήνηται τὸ πείθειν ἐπιχειρῶν, ut alio pacto noceat, perſuadere conatur.

Coniunctiuis cõſtruuntur interrogatiua dubitatiue accepta, πότερον σιωπῶ; an ſileam? τί λέγω; quid dicam?

Et in uniuerſum, omnis interrogatio admittit

admittit uerbum coniunctiuum, βούλει εἴπω; uis dicam?

Coniunctiuo præteriti perfecti uocis actiuæ raro utuntur Græci, & loco eius plerunq; ponunt participium, ut latius patebit.

Infinitiuus conſtruitur Græcis dupliciter. Primum τελικῶς, quando ſcilicet infinitiuus poteſt reſolui per ἵνα, id eſt, ut, quia finem denotat. διδάσκω σε διαλέγεσθαι, doceo te diſputare, id eſt, ut diſputes. δέομαί σου βοηθῆσαι, precor te iuuare, id eſt, ut iuues. δίδωμί σοι ἀργύριον, πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ, do tibi pecuniam, emere quibus indiges; id eſt, ut emas ea quorum indiges. κοινωνῶ σοι ἀγαθῶν μὴ φθονερὸς εἶναι δοκεῖν, cõmunico tibi bona, ne inuidus eſſe uidear. Sic Matth. 7. διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, uidebis eijcere feſtucam, hoc eſt, uidebis ut eijcias feſtucam. Latinis uero uidet eijcere, qui uidet eijcientem. Quandoq; tamen maioris declarationis cauſa addendum ὡς uel ὥστε, uel articulus genitiuus τοῦ, ἐλλειπτικῶς,

ἀπτικῶς, deficiente ἕνεκα, uel præpoſitio una cum articulo, prout uſus exegerit. παρακαλῶ σε ὥστε τυχεῖν, uel παρακαλῶ σε τοῦ τυχεῖν, uel παρακαλῶ σε ἐφ᾽ ᾧ τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης, hortor te, ut aſſequaris honorem & gloriam.

Secundo conſtruuntur εἰδικῶς, quando ſcilicet poteſt infinitiuus reſolui per ὅτι, quod. λέγω Σωκράτην γεγονέναι σοφόν, dico Socratem fuiſſe ſapientē, hoc eſt, dico quod Socrates fuerit ſapiēs. Hoc ſecundo modo cōſtruuntur infinitiuis uerba προαιρετικὰ, hoc eſt, electionis & uoluntatis expreſſiua, ut ſunt θέλω, βούλομαι, προαιροῦμαι. Et uerba ἐφετικὰ, hoc eſt, deſideratiua, ut ſunt ἐφίεμαι, ἐπιθυμῶ, ἱμείρομαι, ὀρέγομαι, γλίχομαι, ἔλδομαι.

Inter quæ hoc intereſt, quod hæc quidem iungantur infinitiuo mediante articulo genitiuo τοῦ. ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, ἐπιθυμῶ τοῦ ἰατρεύειν. Illa uero ſine articulo, θέλω γράφειν, βούλομαι λέγειν.

Cæterum προαιρετικὰ uerba, & ἐφετικὰ conſtruuntur infinitiuis præſentibus

&

& præteritis. προαιροῦμαι φιλοσοφεῖν, βούλομαι ἰδεῖν, βούλομαι ἐλθεῖν, θέλω, ἐπιθυμῶ, κελεύω, ἀξιῶ, ὁρμῶ, & ſimilia.

Quæ uero ſignificãt pollicitationem, aut expectationem, conſtruuntur cũ futuro, ἐπαγγέλλομαι ποιήσειν, ἐλπίζω γενήσεσθαι, προσδοκῶ ἔσεσθαι. In quibus cum ἂν particula potentialis additur, præteritũ infinitiuum futuri locum obtinet, ut infra dicetur, ubi de huius particulæ conſtructione loquemur. ἐλπίζω σφόδρα ἄν σε ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, id eſt, γενήσεσθαι.

Verum προσδοκῶ & ἐλπίζω, ubi quidem ſecundum ſe manent, conſtruunt cum futuro, ut dictum eſt, & cum præſenti. προσδοκῶ ἐλεύσεσθαι uel ἔρχεσθαι, ἐλπίζω ἐλεύσεσθαι uel ἔρχεσθαι. Vbi uero reſoluunt, cõſtruunt cũ futuro & præterito. προσδοκίαν ἔχουσι σωθήσεσθαι, uel σωθῆναι. ἐλπὶς ἦν αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, uel φοβηθήσεσθαι. ἐλπὶς ἦν βελτίους γενέσθαι, uel γενήσεσθαι.

Εὔχομαι, δέομαι, ζητῶ, conſtruuntur cũ præteritis. δέομαι συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς, ζητῶ κατελθεῖν.

Imperſonalia conſtruuntur infinitiuis præſentibus, uel præteritis, ſed nunquam futuris, etiam ſi de futuro fiat ſermo. ut δεῖ φάναι, oportet dicere. χρὴ λαβεῖν, oportet accipere. ἐνδέχεται εἶναι, licet eſſe. φιλεῖ γίνεσθαι, ſolet fieri.

Verbum μέλλω conſtruitur etiam infinitiuis præſentib. & futuris. μέλλω δρᾶν, uel μέλλω δράσειν, ſum facturus. Interdum etiam cum aoriſto, μέλλω γενέσθαι, ero. Sed cum perfecto nunquam.

φημὶ, ὀμνύω, ὅρκω, cū de præterito fit ſermo, cum præterito conſtruuntur, ὀμνύω ἀποδεδωκέναι, iuro dediſſe. Cum uero de futuro fit ſermo, conſtruuntur cum futuro, ὀμνύω δώσειν, iuro me daturum.

Et in reliquis ſimiliter, quorum ſignificatio nec in præteritum, nec in futurum per ſe ſpectat, tam præteritis quàm futuris uti licet. Futuris quidē, ubi res in futurum confertur, niſi ἂν potentialis adđatur, ut infra patebit. ὑπεσχόμην χορηγήσειν, promiſi me daturum. ἔφη δώσειν ἀργύριον, dixit daturum ſe argentum. προ-

ποιούμενος

προσποιούμενος πράξειν τι, ſimulans ſe aliquid molliturum. Vbi uero res nõ refertur in futurum, utendum erit præteritis aut præſentibus. οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, non auſus eſt ſponſionem facere. δεινὸς ψεύσασθαι, καὶ εἰπεῖν, fallaciſſimus & facũdiſſimus. δεινὸς φαγεῖν, uoraciſſimus. οἱ νόμοι παραγράψασθαι δεδώκασι, leges excipere permittunt. In quibus interdum præſenti utuntur pro præterito. διδάσκειν αὐτὸς ἔφη, docuiſſe ſe dixit. ἔφη αὐτὸς ἀκούειν, dixit ſe audiuiſſe.

Infinitiuus conſtruitur uerbis motus ad locum. Matth. 5. οὐκ ἦλθον καταλύσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι τὸν νόμον, non ueni ad ſoluendum, ſed ad implendum legem. Io. 14. πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, uado paratum uobis locum. Cui quãdoq; additur præpoſitio πρὸς, cũ articulo neutro, ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, uado oratũ.

Conſtruitur etiam infinitiuus cum altero infinitiuo. ὁρῶ σε μελετᾶν, ἀναγινώσκειν, uideo te meditari ut legas.

Nomina relatiua iunguntur infinitiuis,

uis, οἷον εὐφραίναι, pro οἷον εὐφραίνειν, uel pro οἷον εὐφρανεῖν δύναιτ' ἄν, quale poſſit afficere gaudio. οἱ θεοὶ εἰσὶν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, dij ſunt qui non mutentur. τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ ἥδεσθαι, talis eſt, ut nō delectetur. οἷος καθεύδειν, pronus ad dormiendum. οἷος ποιεῖν, potens ad faciendum. οὐδὲν οἷον προσθῶμαι, nihil uetat, q minus addamus. ὅσα κἀμὲ ὁρᾶν, quantũ ego cernere queam. Et nomina adiectiua, καλὸς ἰδεῖν, pulcher uiſu. ἀνδρεῖος μάχεσθαι, fortis ad pugnam. Luci. in luctu. βαθεῖα τε περᾶσαι τοῖς ποσὶ, καὶ διανήξασθαι πολλὴ, id eſt, profundior quàm ut pedibus trāſiri poſſit, & ſpatioſior q̃ ut tranari queat. Sic Vergilius:

*Cur non Mopſe boni, quoniam cõuenimus ambo,*
*Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus.*

pro, boni ad calamos inflādos, & ad dicendos uerſus.

Quando infinitiuus & uerbum præcedens pertinent ad diuerſas perſonas, opus eſt accuſatiuo ante infinitiuum. λέγω σε εἰδέναι ταῦτα, dico te ſcire hæc.

Sin

Sin autem pertineant ad eandem perſonam, nõ eſt opus accuſatiuo. ἔφη ποιήσειν, dixit facturũ, nempe ſe. Sic Teren. Pollicitus ſum ſuſcepturum.

Infinitiuus non tam accuſatiuum habet ante ſe, quàm nominatiuum. φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι, dicit ſe autorẽ fuiſſe. οὕτως ἀπέχων τῆς ἀλαζονείας, ὥστε πάντα εἰδὼς μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alienus eſt ab arrogantia, ut cum omnia norit, tamen ſe nihil ſcire putet. Id autẽ fit, ſi caſus uerbi finiti præcedens trahat ad ſe caſum infinitiui.

Hoc pacto etiam trahitur ante infinitiuũ, genitiuus à genitiuo, datiuus à datiuo, δέομαί σου τοῦ φίλου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτου γενέσθαι. ἱκετεύω σοι τῷ φίλῳ μου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτῳ γενέσθαι.

Hinc etiam fit, quod infinitiui εἶναι & γίνεσθαι, admittant poſt ſe quoſuis caſus. Nominatiuum, οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσι ἀξιοῦσι εἶναι φίλοι, neq; dignũ cenſent regibus eſſe amici. Genitiuum, σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, eſſe è numero ſapientiſſimorum.

rum. Dariuum. ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει εἶναι ἰατρῷ, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ, cui primũ contigit eſſe medico, deinde bono medico.

Accuſatiuum. λέγω σε καλὸν εἶναι φίλον, dico te bonum eſſe amicum.

Plerũq; etiam poſtponunt infinitiuo eum accuſatiuum, qui tamen à parte anteriori regitur. χρὴ μὴ παραμελῆσαι τῆς εὐσεβείας ἐνθυμουμένους, ὅπως ἂν διατέλειεν, oportet eos non negligere pietatem, qui animo reuoluunt quomodo perficiant.

His orationibus, ἐν καλῷ, id eſt, honeſtum, commodum: ἐν καλλίστῳ, honeſtiſſimum, commodiſſimum: recte additur infinitiuus, mediante articulo genitiuo τοῦ. ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, cõmode ad faciendũ. ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν, cõmodiſſime ad faciendum. ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν, commodiſſime ad faciendum. Cæterũ quomodo infinitiuus conſtruatur articulis, infra dicetur.

Vtunť & figurate infinitiuo. ὡς ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον, pro ὡς εἶδεν ὁ ἄνθρωπος. ὡς ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, pro ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες.

τοῦ. ἐπειδὴ ἀκοῦσαι τοῦτον, pro ἐπειδὴ ἤκου-σεν οὗτος. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, pro ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο. In quibus ἐπειδὴ tantum ualet, quãtũ μετὰ τὸ. ut ſit ſenſus, μετὰ τὸ γενέσθαι.

Ponitur etiam infinitiuus nõnunquã loco participiorum imperſonaliũ. ἐμοὶ δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦν, cum mihi uiſum eſſet. δεῖν pro δέον, cum oporteret. Sic etiã in ſimili uoce, πλεῖν, pro πλέον, plus.

Quod Latini dicũt, ut uno uerbo abſoluam, id Græci plerunq; efferunt per infinitiuum expreſſum, uel ſubauditũ, his modis. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἐν λόγῳ δὲ εἰπεῖν, ἐν λόγῳ, συνελόντι δὲ φάναι, συνελόντα δὲ φάναι, συνελόντι δὲ, καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν. quod etiã fit per optatiuum ſic, συνελὼν δὲ φαίην ἄν.

*Hactenus de Infinitiui conſtructione.*

APPENDIX PRIMA.

Verba in oratione ſæpe omittuntur ornatus gratia. ὡς λόγος, ut fama eſt.

Sic, ἀπόδειξις δὲ, σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ, inſeruntur orationibus in modum parentheſeos, pro, cuius rei demonſtratio

 eſt:

eſt, cuius rei indiciũ eſt, & ſubaudit ἔστω, uel εἴη ἄν.

Et è cõtrario qbuſdã uerbis utunt̃ ſolis loco totius orationis. ſic γίνομαι capit̃ ꝓ ſeruũ eſſe. αὐτοῦ γενόμενος, hoc eſt, ipſius ſeruus. Et εἶναι, pro eſſe filiũ. λέγουσι τοῦτον εἶναι ἐκείνου, dicunt hunc eſſe filium illius.

APPENDIX SECVNDA.

Quædã etiã quãdoq; ponunt̃ quidẽ in oratione, ſed planè abũdant, & prorſus nihil cõferũt ad ſententiã: cuiuſmodi ſunt φέρω, ἔχω, εἰμὶ, φάναι, εἰπεῖν, & ſimilia. Φέρω, ut Greg. τοὔνομα μὲν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, nomina inter clericos dare cœperunt. Chryſoſt. de fato concione prima: σοὶ δὲ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρων ὀφθαλμοὺς ἐγκατέθηκεν, tibi autẽ in capite uelut in arce oculos impoſuit. Hinc ſi tollas φέροντος, & φέρω, eadem manebit ſentẽtia. Ἔχω, ut μαθὼν ἔχω, pro ἔμαθον. συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον. Εἰμὶ, ut ἐν τῷ νῦν εἶναι, pro ἐν τῷ νῦν, in præſentiarũ. ἑκὼν εἶναι, pro ἑκὼν, uoluntarius. ἑκόντος εἶναι, pro ἑκόντος, uolun

tarij

luntarij. φανάι & εἰπεῖν, ut ἔφη φάναι, ἔφη εἰπεῖν, pro ἔφη, quaſi latine dicas, infit dicere. φθάνω, ut ἔφθην ποιήσας, ꝓ ἐποίησα, φθάνει ἀναλισκόμενον, ꝓ ἀναλίσκεται. ἔφθακεν πυθόμενον, audierã. τυγχάνω, ut τυγχάνω ὤν, ꝓ εἰμί. διατελῶ, ut διατελῶ ποιῶν, οἶμαι Græcis abũdat, quẽad (ꝓ ποιῶ. modũ Latinis, credo. τοιαῦτα ζηλωτά ἐστιν, οἶμαι, καὶ λαμπρὰ, huiuſmodi admiranda ſunt, credo, & p̃clara. οἶδ', ut οὐκ οἶδ' ἀναγκασθήσεται; nónne coget? an nõ rãdẽ coget?

APPENDIX TERTIA.

Verbis ſingularib. abutunt̃ Attici loco pluraliũ. ἐὰν ὑπονεώσῃ, ꝓ ὑπονεάσωνται. ὅπως ἐμέσῃ, ꝓ ἐμέσωνται. Vtunt̃ Gręci frequẽter implicita orationis ſtructura, ἐμὲ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις, ꝓ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ με τοῦτο ποιήσεις, nihil habes quãobrem hoc mihi facias. οὐδεὶς ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ꝓ οὐδεὶς τῶν ἐλευθέρων ἑκὼν ὑπομένει, &c. nemo liber uolens perfert huiuſmodi prin cipatũ. ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν, pro μὴ εἰδότες ὅταν βαδίζωμεν, ignorantes quò imus.

## SYNTAXIS PARTICIPIORVM.

PARTICIPIVM ſortit̃ conſtructionem ſui uerbi, quemadmodum apud Latinos.

Cęterum illud, τόξων εὖ εἰδὼς, arcuum bene ſciens, poëticũ eſt, per antimeriã; ac ſi dicamus, τόξων εἰδήμων, arcuum peritus, hoc eſt, peritus ſagittandi.

Participij genitiuus abſolute ponit̃, quemadmodum latinis ablatiuus. ἐμοῦ διδάσκοντος, me docente.

Quandoq; participium ſolum, intelligendo caſum rei conuenientis. ἐλθόντων δὲ, ubi autem ueniſſent.

Attice pro hoc genitiuo eſt accuſatiuus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ. ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro, τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος, uiro hoc faciente.

Et eſt iſtud frequentiſſimum in participijs imperſonalium, per omnia tempora. ἀκουσθὲν αὐτῷ, pro, ἀκούσαντος αὐτοῦ,

ubi

ubi ipſe audiuiſſet. δόξαν ἐμοὶ γράψαι, ubi ſtatutum eſſet mihi ſcribere. ἄδηλον ὄν, cum incertum ſit. δέον ἕτερα, pro δεόντων ἑτέρων, cum aliæ res conuenirent. ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cum permiſſum eſſet ipſi facere. ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius interſit. ἐνόν, προσῆκον, παρὸν, ἐνδεχόμενον.

QVOD GRAECIS PARTICIPIORUM uſus ſit latior quàm Latinis.

MVlto latior eſt uſus participiorũ Græcis quàm Latinis. Quod enim dicimus per coniunctiuum, præcedente aduerbio cum, hoc illi plerũque elegantius efferunt per participium. ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν, homo cum in honore eſſet, non intellexit. οὐκ οἶδας ταῦτα ὁ τηλικοῦτος ὤν; tu hęc ignoras cũ ſis tãtus?

Conſueuerunt etiam Attici loco uerborum uti participijs. οὗτος ἦν ὁ διοικῶν πάντα ταῦτα, hic eſt qui omnia adminiſtrabat. τίς ὁ φενακίσας ταῦτα; quis eſt qui hanc fraudem commentus eſt? εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως διαπραξάμενος [illegible], repe

riebam

riebam nulla alia ratione poſſe hæc me perficere.

Fit etiam nonnunquam, ut participiū coniunctum nomini ſubſtantiuo, in obliquo ponat̄ loco uerbi & nominatiui, idq́ propter alium obliquū præcedentem, νομίζω σε, ὡς φίλον μου γενόμενον, pro ὡς φίλος μου ἐγένου, puto quod ſis factus amicus meus. πιστεύω ἡμᾶς, ὡς ἕξοντας τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν, pro ὡς ἕξομεν τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν, credo habituros nos regnum cœlorum. ἡ γραφὴ λέγει περὶ τῆς γυναικὸς, ὡς αἰτίας γενομένης τῶν ἁμαρτημάτων, pro ὡς αἰτία ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων. τοῦτ᾽ ἔστιν τῶν ἀνθρώπων, ἵππων, καὶ ὄνων γενομένων, pro οἱ ἵπποι καὶ ὄνοι ἐγένοντο. σύνοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ, ὅτι μὴ προσποιοῦμαι, cōſcius ſum mihi q̊d nō diſſimulē.

Et loco cōiunctiui præteriti perfecti actiui plerunq́ utuntur Græci participijs, ἐὰν ἠδικηκὼς τυγχάνῃ, ſi iniuriā fecerit. ἐὰν τύχῃ τεθηλακὼς, ſi lactauerit. ὅταν ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας, quando eiecerint dentes. Quod etiam fit nonnun-

quam

quam in optatiuis, συμβεβηκὼς ἂν εἴη, contigiſſe uideatur. γεγονότες ἂν εἶεν, facti eſſe uideantur. Et in futuris indicatiui, ἀποτετυχηκὼς ἔσῃ, pro ἀποτεύξῃ. κεχαρισμένος ἔσῃ, pro χαρίσῃ. Et Atticis idem fit in omnibus temporibus ac modis, adiunctis his uerbis, τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω. τίς σὺ τυγχάνεις ὤν; quis tu es? ἀπεκτανὼς ἔστι τὸν ἄνθρωπον, interfecit hominem, ἀνῃρηκὼς ἔσομαι, ſuſtulero. οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρχεν ὤν, non erat quidem inimicus. ἔσεσθε ἐψηφισμένοι, cenſueritis.

Ponitur præterea participium nõnunquam uice uerbi infiniti. Matth. 1. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, pro ἔχειν, reperta eſt habere in utero: hoc eſt, reperta eſt eſſe grauida. Id quod plerunq; fit cũ uerbis perſeuerandi, ἀγαπῶν με διατέλει, id eſt, ἀγαπᾶν με διατέλει, perſeuera me amare. Matth. 11. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων, pro διατάσσειν, cum conſummaſſet Ieſus præcipere, & p̃cipiendi feciſſet finẽ.

Et in uerbis deſiſtendi, οὐ παύσομαι φιλῶν, pro φιλεῖν, non ceſſabo amare.

Et

Et in uerbis ſignificantibus affectionem animi, idq́ꝫ uarie, nempe in nominatiuo, aut in accuſatiuo. μέμνημαι ἰδὼν, uel μέμνημαι ἰδόντα, pro μέμνημαι ἰδεῖν, memini uidiſſe. οὐ συνίεσαν μάτην πονοῦντες, uel πονοῦντας, pro οὐ συνίεσαν μάτην πονεῖν, non intellexerunt ſe fruſtra laborare. σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικῶν, uel σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντα, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικεῖν, cõſcius ſum mihi iniurię. Aut etiam in alio quouis caſu, cuius eſt ſubſtãtiuum, aut pronomen illi adiunctum, ut σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντι, conſcius ſum mihi iniuriæ. Sic Virgilius:

*Senſit medios delapſus in hoſtes.*

APPENDIX.

Participia tranſeunt quandoq́ꝫ in nomina, & illorum more conſtruunt, non ut participia. τὸ καθῆκον σοῦ, officium tuũ.

Et quandoq́ꝫ ſuperuacue ponuntur, ſic ut ipſis ſubſtractis eadẽ maneret ſententia. ᾤχόμην ἀπιὼν, pro ᾠχόμην. οἴχεται ἀπιὼν, pro οἴχεται. παίζεις ἔχων, pro παίζεις. φλυαρεῖς ἔχων, pro φλυαρεῖς. ληρεῖς

ἔχων,

ἔχωμ, pro λήρεις. τονιῶ ἔχωμ, pro τονιῶ, nũc.

## SYNTAXIS PRONOMINVM.

GRAECI ferè ſemp̱ utuntur genitiuis pronominũ primitiuorum pro poſſeſſiuis. πατήρ μου, pro πατὴρ ἐμὸς. πάτερ ἡμῶμ, pro πάτερ ἡμέτερε, pater noſter.

Poſſeſſiua adſciſcunt quandoq; genitiuum, Lucian. ὅλως δὲ τὰ μὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, hi prorſus mea infelicis dilapidant. ἐμὸμ αὐτοῦ βίομ, meam ipſius uitam.

Poſſeſſiua tertiæ perſonæ cum diuerſa perſona copulari nequeunt, ſine altera uoce poſſeſſorem ſignificante. Solœciſmus enim eſt, ſi quis dicat, ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με, ſuus filius diligit me: ſed dicendum eſt, ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με, ſuus ipſorum filius diligit me: uel ſic, ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με, filius ipſorum diligit me, ſine poſſeſſiuo. Et hæc extra reci-

procationẽ. In reciprocatione enim poteſt poſſeſſiuũ tertiæ perſonæ per ſe poni, δέονταί σου τοῖς σφετέροις ἐπικουρῆσαι, rogant te, ut ſuis præbeas auxilium.

Demonſtratiuis additur in contextu orationis ι acutum ad uim ſignificationis intendendam, οὑτοσί, τουτί, τουτωί, τουτονί, ἐκεινοσί. Quemadmodum Latini ad intendendã ſignificationẽ addunt met, pte, ce, egomet, tute, meapte, huiuſce.

DE PRONOMINE

αὐτός.

RElatiuum αὐτὸς poſtponitᷣ omnibus perſonis, ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούω, memet audio. σοῦ αὐτοῦ ἀκούω, teipſum audio. ἐκεῖνος αὐτὸς λέγει, ille dicit. Luc. 2. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, tuam ipſius animam, ſiue tuam propriam animam pertranſibit gladius.

Genitiuus pluralis αὐτῶν poſtponitur frequenter huic nomini ἴδιον, ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς, ſuis proprijs bonis. Quo modo etiam dixerunt ueteres Latini, ſuo ſibi gladio hunc iugulo.

Et ponitur αὐτὸς quandoq; loco reci‑
proci. Greg. ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτοῦ, uidens igitur in ſe motum populi. ἐπ' αὐτὸν poſuit pro ἐφ' ἑαυτόν. Et contra reciprocum, pro relatiuo. ὡς ὅτι οὖν δόξομ ἑαυτῷ ποιεῖν, tanquam ipſi quicquid libet liceat. ubi ἑαυτῷ, pro αὐτῷ ponitur.

Hæc more Atticorum fiunt, qui compoſita pro ſimplicibus, & ſimplicia pro compoſitis accipiunt.

Sic ὅς, οὗ, οἷ, ἕ, modo reciproce, modo non reciproce accipiuntur. Reciproce, τοιαῦτά οἱ συνέγνωκε κακὰ, taliũ ſibi conſcius eſt malorũ. Nõ reciproce, Greg. ἐπειδή οἱ φανῆναι πλῆθος πολὺ, poſtquàm ingens uiſa eſt ei multitudo.

Sic σφὰς pro ſeipſos, uel pro eos ponunt, σφισὶν pro ſibijpſis, uel pro ipſis.

COMPOSITA.

Pronomina compoſita poſſunt diuiſim conſtrui, in prima quidem perſona & ſecunda ſingulariter tantũ, & in tertia pluraliter tantum. Verũ dum compoſite dicuntur, capiuntur abſolute. Di‑

uiſim uero dicũtur diſcretionis, aut emphaſis cauſa. διδάσκω ἐμαυτοῦ υἱὸν, uel διδάσκω ἐμοῦ αὐτοῦ υἱὸν, doceo filium meum, uel meiipſius. σεαυτῷ φίλος, uel σοὶ αὐτῷ φίλος, tibi ipſi amicus. ita & in aliis caſib. In tertia perſona diuiſim dicimus, σφῶν αὐτῶν, σφισὶν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς. Et cõiunctim ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς.

Dum ſit reflexio in ſe, uel in ſuã poſſeſſionem, neq; primitiuo utuntur Græci, neq; deriuatiuo, ſed compoſitis. ὅρα σεαυτὸν, uide teipſum. ὅρα σεαυτοῦ υἱὸν, uide tui ipſius filiũ. ἑαυτοῖς βοηθοῦμεν, nos ipſos iuuamus. ἑαυτῶν υἱοῖς βοηθοῦμεν, noſtrorum ipſorũ filios iuuamus. Neq; recte dicimus σφᾶς τύπτουσι, ſed dicendum compoſite, ἑαυτοὺς τύπτουσι, percutiunt ſeſe.

Verum quia compoſita primæ & ſecundæ perſonæ proferuntur duntaxat ſingulariter, ideo tã in duali, quàm plurali, ponunt ſimplicia cũ relatiuis. In duali, νῶϊ αὐτὼ ὠφελοῦμεν, nos ipſos iuuamus. νῶϊν αὐτοῖν ἁπτόμεθα, nobiſipſis iungimur. In plurali, ut ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν

αὐτοῖς,

αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτοὺς, noſtrorū ipſorum, nobis ipſis, nos ipſos.

Dum uero fit reflexio à poſſeſſione in poſſeſſorem, utuntur ſimplicibus, & non compoſitis. Quare non recte dicitur: Κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ ὑὸς, Ciceronem amat ſuus filius: niſi more Attico, compoſitum pro ſimplici accipiatur, ἑαυτοῦ, pro αὐτοῦ. Dicendum eſt enim, Κικέρωνα φιλεῖ ὁ αὐτοῦ ὑὸς, Ciceronem amat ſuus filius. Similiter dum fit reflexio non in ſe, neq; in ſuam poſſeſſionē, ſed in aliud adiunctum, utuntur ſimplicibus. θέλει ἐκεῖνός με ἔρχεσθαι πρὸς αὐτὸν, ille uult quod ad ſe ueniam.

Vtuntur Græci hoc pronomine ἑαυτοῦ in omni perſona. ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι, nosipſos iuuamus, uosipſos iuuatis, ſeipſos iuuant. Et id non modo in plurali, uerum etiam in ſingulari. Xenophon 2. ἀπομνη. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτοῦ φίλους, Sic enim tuos inſtituis amicos: uerba ſunt uirtutis ad uoluptatem. Ioan. 18. σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλ-

λος σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ; tu à teipſo hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Lucian. in Apologia: ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λελεκταί σοι, ἑαυτὸν dixit, pro σεαυτόν. cum Latini ſolum in tertia perſona ſeruent hanc conſtructionem, id eſt, ſui, ſibi, ſe, à ſe: quod ſicut caret nominatiuo, ita & Græca reciproca compoſita.

Caret etiam nominatiuo hoc nomen ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, & ſimilem habet cum pronominibus conſtructionẽ, in omni perſona, eo modo quo Latinis inuicem, ſiue inter, cum accuſatiuo. φιλεῖν ἀλλήλους, inuicem amare, uel inter ſe ſe amare. ἀλλήλους ἐλεοῦμεν, nos noſtri inuicem miſeremur, nos noſtri inter nos miſeremur. ἀλλήλους χαρίζεσθε, inuicem uobis indulgetis. ἀλλήλους ἀπολαύουσι, inuicẽ ſe potiuntur. Si uero componatur cũ præpoſitione, habebit nominatiuum, ἐπάλληλα, διάλληλα, uerum tunc non recipit conſtructionem reciprocam.

APPENDIX.

Frequens eſt apud Poëtas in pronominibus

minibus, perſonarum & numerorū mutatio. Perſonarum, σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι, pro ὑμέτερον. τίς τ᾽ ἄρ σφωε, pro αὐτώ. Numeri, ἀτρείδη νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω, pro ἡμᾶς.

APPENDIX.

Conſtruuntur etiam pronomina aduerbiorum loco, ut ταῦτά τοι, ταῦτ᾽ ἄρα, ταῦτα δὲ, ταῦτα δὴ, id eſt, ꝑinde, ad hæc, præterea. In omnibus his ſubaudit̃ præpoſitio διά. ταύτῃ, hoc pacto, hac ratione, hac de cauſa, ideo. ταύτῃ τοι, itaq;, propter hoc. ταύτῃ, ὅπῃ, ubi ſimul ponuntur, ualent, οὕτως, ὅπως. ἔστω ταύτῃ, ὅπῃ ὑπολαμβάνεται, ſit ſic, ut ut creditur.

## SYNTAXIS ARTICVLORVM PRAEPOSITIVORVM.

### OFFICIVM ARTICVLOrum in oratione.

ARTICVLVS præpoſitiuus in oratione, certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, ut ſi qs

 dicat,

λος σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ; tu à teipſo hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Lucian. in Apologia: ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι, ἑαυτὸν dixit, pro σεαυτόν. cum Latini ſolum in tertia perſona ſeruent hanc conſtructionem, id eſt, ſui, ſibi, ſe, à ſe: quod ſicut caret nominatiuo, ita & Græca reciproca compoſita.

Caret etiam nominatiuo hoc nomen ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, & ſimilem habet cum pronominibus conſtructionẽ, in omni perſona, eo modo quo Latinis inuicem, ſiue inter, cum accuſatiuo. φιλεῖν ἀλλήλους, inuicem amare, uel inter ſe ſe amare. ἀλλήλους ἐλεοῦμεν, nos noſtri inuicem miſeremur, nos noſtri inter nos miſeremur. ἀλλήλους χαρίζεσθε, inuicem uobis indulgetis. ἀλλήλους ἀπολαύουσι, inuicẽ ſe potiuntur. Si uero componatur cũ præpoſitione, habebit nominatiuum, ἐπάλληλα, διάλληλα, uerum tunc non recipit conſtructionem reciprocam.

APPENDIX.

Frequens eſt apud Poëtas in pronominibus

minibus, perſonarum & numerorũ mutatio. Perſonarum, σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι, pro ὑμέτερον. τίς τ᾽ ἄρ σφωε, pro αὐτώ. Numeri, ἀτρείδη νῶϊ ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἴω, pro ἡμᾶς.

APPENDIX.

Conſtruuntur etiam pronomina aduerbiorum loco, ut τοῦτά τοι, τοῦτ᾽ ἄρα, τοῦτα δὲ, τοῦτα δὴ, id eſt, pinde, ad hæc, præterea. In omnibus his ſubaudit̃ præpoſitio διά. ταύτῃ, hoc pacto, hac ratione, hac de cauſa, ideo. ταύτῃ τοι, itaq́ꝫ, propter hoc. ταύτῃ, ὅπῃ, ubi ſimul ponuntur, ualent, οὕτως, ὅπως. ἔσω ταύτῃ, ὅπῃ ὑπολαμβάνεται, ſit ſic, ut ut creditur.

SYNTAXIS ARTICVLORVM PRAEPOSITIVORVM.

OFFICIVM ARTICVLOrum in oratione.

ARTICVLVS præpoſitiuus in oratione, certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, ut ſi qs

 dicat,

dicat, ἄνθρωπος ἥκει, homo uenit, incertũ eſt de quo homine dicat. Sin uero dicat, ὁ ἄνθρωπος ἥκει, certũ: nempe de eo, de quo prius facta eſt mentio. Sic & Ioan. 1. Iudæi interrogantes Baptiſtam, ὁ προφήτης εἶ σύ; non rogabant, an propheta eſſet quiſpiam, ſed an ille propheta, quem uelut eximiũ pollicitus erat Moyſes, Deut. 18. Et Ethicorum lib. 1. τὸ ἀγαθὸν, non capitur ſimpliciter pro quouis bono, ſed pro illo eximio, de quo philoſophi diſputãt, ſummo bono. Hinc eſt, quod quibus ineſt ſignificatio hæſitans ac dubia, minime habeant articulum. Qualia ſunt in primis nomina infinita, ὅστις, ὁποῖος, ὁπότερος, in quibus ὁ nõ eſt articulus, ſed dictionis pars. Et interrogatiua nomina, quod interrogatio ſit de re incerta, τίς, πόσος, ποῖος, πότερος, πόσους, πηλίκος, ποδαπὸς, ποσαῦος.

Verum cum id quod dictum eſt, iterato interrogatur, addi poteſt articulus, τὰ ποῖα; qualia? τὰ τίνα λέγεις; quæ dicis? ὁ τίς ἐρωτᾷς; quis interrogas?

Quod

Quod ſi in priori interrogatione inueniatur articulus præpoſitus interrogatiuo, referendus eſt nõ ad interrogatiuũ, ſed ad aliud ſequẽs expreſſum, aut ſubintellectum. τοῦ ποίας μερίδος; pro ποίας τοῦ μερίδος; τὰ ποῖα λέγεις; pro ποῖα τὰ ῥήματα λέγεις; ὁ τίς ταῦτα τολμήσας; pro τίς σὺ ὁ ταῦτα τολμήσας;

Relatiuis, inchoatis quidem à τ, addi poteſt articulus, ὁ τοιοῦτος, ὁ τηλίκος, ὁ τόσος. Inchoatis autem à uocali, non additur. non enim dicitur, ὁ οἷος, ὁ ὅσος.

Quatuor ſunt nomina diſtributiua, ἕτερον ſcilicet, & ἄλλο, quibus addi poteſt articulus. ἑκάτερον, & ἕκαστον, quibus non additur. Cætera nomina adiectiua conſtruuntur cum articulis, quando ſubauditur participium ſubſtantiuum, ὁ ἀγαθὸς Σωκράτης φιλοσοφεῖ, pro, Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς, φιλοσοφεῖ, Socrates qui bonus eſt, philoſophatur.

Idem erit, ſi nomen ſubſtantiuũ præponamus ſic, ὁ Σωκράτης, ὁ ἀγαθὸς, utriq; præponentes articulum.

 Hinc

Hinc ſit, quod in epiſtolarum inſcriptionibus, cum nomini proprio addit adiectiuum, neceſſarius ſit articulus, ſecundum Apollonium. Διονύσιος τρύφωνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν. ἰουλιανὸς σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ. Hoc tamen autores non ſemper obſeruant, ut, πλάτων δίωνι συρακουσίῳ εὖ πράττειν. βασίλειος εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ.

Sine articulo uero ponit, quando uerbum ſubſtantiuum ſolum aut ponitur, aut ſubauditur inter ipſum & ſuũ ſubſtantiuum, Σωκράτης ἐστὶ ἀγαθὸς, Socrates eſt bonus. Ἀριστοτέλης σοφὸς, Ariſtoteles eſt ſapiens.

Poterit etiam huiuſmodi adiectiuum mutari in genitiuum pluralem, cui tũc addetur articulus, Σωκράτης τῶν ἀγαθῶν ἦν, Ἀριστοτέλης τῶν σοφῶν, Socrates bonus erat, Ariſtoteles ſapiens.

Ex his ſit, quod adiectiuum poſtpoſitum ſuo ſubſtantiuo, ſi habeat articulũ, cohæret ei immediate: ſi uero non habeat, in prędicati locum recedit: ut cum dicitur,

dicitur, Σωκράτης ὁ ἀγαθός ἐστιν, ſubiectum eſt, Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς, hoc eſt, Σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθὸς: & prædicatum, ἐστιν. Si uero dicamus, Σωκράτης ἀγαθός ἐστιν, ſubiectum erit Σωκράτης, & prædicatũ ἀγαθὸς.

Idem eſt iudicium, quando uni ſubſtantiuo præponitur aliud ſubſtantiuũ. Si enim poſterius habet articulum, cohæret priori immediate, & ſubauditur participium ſubſtantiuum. Αἴας ὁ ὑὸς τελαμῶνος πολεμεῖ, Aiax, qui eſt filius Telamonis, belligeratur. Quod Attici dicunt per defectum alterius ſubſtantiui. Matth. 4. Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, Iacobum filium Zebedæi.

Si uero poſteriori ſubſtantiuo nõ præponatur articulus, erit prædicatum ſubintellecto uerbo ἐστιν. ἄνθρωπος ζῶον, homo eſt animal.

APPENDIX PRIMA.

Inueniuntur frequenter articuli ſine ſuo nomine, & tunc uel ſubauditur nomen præcedens, ut λόγος μὲν οὗτος πρῶτος, δεύτερος δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων, oratio

quidem

quidē hæc prima, ſecunda uero ea quæ eſt philoſophorum. Vel ſubauditur participiū uerbi ſubſtantiui, idq́ potiſſimū, ſi articulus ſit neutri generis, ut τὰ θαλάττης, p τὰ ὄντα θαλάττης, exiſtentia, ſiue quæ ſunt maris, hoc eſt, res maritimæ.

Interdum uero nihil ſubauditur, uelu ti cum ornatus cauſa articulus neutri generis, tam in ſingulari, quàm in plurali, cū genitiuo quidem ſingulari ponit̃ loco nominis ſingularis: & cum genitiuo plurali, loco nominis pluralis eius caſus, cuius eſt articulus, ut τὰ τῶν ὀνύχων, uel τὸ τῶν ὀνύχων, id eſt, ὄνυχες. & τὰ τοῦ ὄνυχος, uel τὸ τοῦ ὄνυχος, id eſt, ὄνυξ. & τοῖς τῶν ὀνύχων, uel περὶ τῶν ὀνύχων, id eſt, ὄνυξι. & τοῖς τοῦ ὄνυχος, uel περὶ τοῦ ὄνυχος, id eſt, ὄνυχι. τὰ περὶ ἐπανόδου, uel τὸ τῆς ἐπανόδου, id eſt, ἐπάνοδος, regreſſio. Sic Greg. τὰ τῶν ἐλπίδων dixit, pro ἐλπίδες, ſpes. Et αἰσχρὰ μὲν τὰ τῆς ἐκστρατείας dixit, pro ἐκστρατεία, expeditio quidem turpis.

APPENDIX SECVNDA.

Articulus poſtpoſitus ſuo nomini, aut alieno

alieno etiã, uim habet exponẽtis. Chryſoſt. ἠκούσατε τῆς σάλπιγγος, τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν. audiuiſtis tubam, tubam inquam, quæ è cœlo deſcendit. Paul. 1. Timoth. 1. καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, & domini Ieſu Chriſti, qui eſt ſpes noſtra.

APPENDIX TERTIA.

Sæpe articuli à ſuis nominibus ita ſeiungũtur, ut quicquã intercedat aliud, οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες, curam habentes.

Quo fit, ut plures inter ſeſe continui ponantur articuli, neq; eandem ſeruent conſtructionem, ſed inuerſam. Nã ubi duo ſunt articuli, primus eſt ſecũdi nominis, & ſecundus primi, ut οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες.

Si uero tres fuerint continui, referentur ad ſua nomina eo modo, quo in hoc exemplo, οἱ τὴν τῶν ἁπάντων ἀνειληφότες φροντίδα, omnium aſſumentes curam.

Continui autẽ inter ſeſe poni poſſunt plures articuli in ea oratione, in qua prę ponitur ea dictio quæ regitur, aut ipſius adiectiuum, ſequente ea quæ regit, τὰ τοῦ

βίου

βίου πράγματα, negotia uitæ. ὁρῶ τὸν τῶν σῶν ὄντα μερίδος, uideo eum qui eſt partium tuarum. Verum non recte dicitur, τὰ πράγματα βίου, neque ὁρῶ τὸν τὸν ὄντα σῆς μερίδος.

### ARTICVLVS CVM Pronomine.

PRonomina primitiua, ſiue ſint demonſtratiua, ſiue relatiua, non ſuſcipiunt articulũ, quod ex ſeſe ſatis certa ſint, niſi forte ad maiorẽ emphaſim, ὁ οὗτος, ὁ αὐτὸς, idem, τὸν αὐτὸν eundem.

Deriuatiua uero ſuſcipiunt eo modo, quo nomina adiectiua: eandem enim cum illis uim, eandemque omnino conſtructionem habent. ὁ ἐμὸς οἶκος, mea domus. ἡ ἐμὴ οἰκία, mea habitatio. τὸ ἐμὸν οἴκημα, meum domicilium. Verũ tunc ad ſequentia nomina neceſſario referri intelliguntur, ὁ ἐμὸς οἶκος, id eſt, ὁ οἶκός μου. τὸ ἐμὸν οἴκημα, id eſt, τὸ οἴκημά μου.

Pronomen infinitum δεῖνα, eſt capax articuli. ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. Vnde πρὸς τὸν δεῖνα dicunt Græci, quãdo ſignificant, ad quendam certum hominem,

quem

quem tamen nõ nominant. Item, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα dicitur, pro hic & ille. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, huic ſuccenſens, illum indignum eſſe dictitans. Et τὸ δεῖνα γενομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ, nunc in hanc, rurſus in illã ſpeciem transformata.

## ARTICVLVS CVM Verbo.

ARticulus genitiuus cũ uerbo infinitiuo ponitur Græcis eo loco, q̃ Latini utuntur Gerundijs in di, addentes cauſa uel gratia, aut uerbo coniunctiuo præcedente, ut τοῦ ποιεῖν, cauſa faciendi, aut ut faceret. τοῦ φαγεῖν, τοῦ λέγειν. Lucæ ult. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, & ingreſſus eſt manendi gratia cum illis, ſiue ut maneret cum illis. Eodem cap. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο μὴ τοῦ γνῶναι αὐτόν, oculi autem eorum tenebantur, ut non agnoſcerent ipſum.

Datiuo articulo cũ uerbo infinito, antecedente præpoſitione ἐν utuntur loco gerundiorum in do, ἐν τῷ ἀπολάζειν προ-

σκόπτομεν

σπουδάζοντες προκόπτομεν, ſtudendo proficimus.

Quandoq; etiam ponitur pro geniti-uo abſoluto, adiecto nomine accuſati-ui caſus, ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανόν, pro βα-σιλεύοντος Τραϊανοῦ, regnante Traiano. Sic Lucæ ult. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆ-ναι αὐτόν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, hoc fa-ctum eſt ſedente eo. Et ſine præpoſi-tione ἐν æquiualet ultimo ſupino, τῷ πα-ρακαλεῖν, oratu.

Accuſatiuo articulo præcedente præ-poſitione πρὸς, utuntur loco gerundij in dum, uel primi ſupini, ἔρχομαι πρὸς τὸ πα-ρακαλεῖν, uado oratum, uel ad orandum.

Præponitur etiam commode uerbis infinitis, quoties pro nomine ſumũtur.

Sumuntur autem uerba infinita pro nomine, non ſolum ut latinis in nomi-natiuo & accuſatiuo, ſed in omni caſu. In nominatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλόν ἐστιν, philoſophari res eſt honeſta. In geni-tiuo, τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, nihil iucun-dius quàm philoſophari. In datiuo, τῷ φιλοσοφεῖν ἐναντιοῦται ἡ ἀφροδίτη, phi-loſophiæ

oſophiæ aduerſatur Venus. In accuſatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν, philoſophari dicimus honeſtum eſſe.

### ARTICVLVS CVM Participio.

PArticipijs neceſſarius eſt articulus, quoties reſoluuntur in uerba, ὁρῶ τινὰ ἄνθρωπον τὸν ταῦτα κωλύσοντα, id eſt, ὃς ταῦτα κωλύσει, uideo quendam hominē, qui hæc inhiberet & impediret. ἦσαν τινὲς οἱ διασύροντες, pro οἳ διέσυραν, erāt quidam qui carpebant. δεῖ τοῦ σώσοντος ταῦτα, oportet eſſe qui ea ſeruet.

Quoties uero non reſoluuntur in uerba, eo modo ſe habent ad articulos quo nomina adiectiua.

### ARTICVLVS CVM Præpoſitione.

SI articulus iungatur prępoſitioni cū ſuo caſu, intelligitur commodū aliquod participiū, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὤν, aut οἰκῶν. ὁ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ſubauditur ἐλθὼν uel καταβάς. Sic Matth. 15. τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμ-

μαϑητῆς, tunc acceſſerũt ad Ieſum ſcribæ, qui erant ab Hieroſolymis, ſiue Hieroſolymitani. οἱ κατ᾽ ἀγοράν, qui uerſantur in foro, hoc eſt cauſidici. τὰ κατ᾽ ἀγοράν, quæ ſunt in foro, id eſt, res forenſes.

Ad hanc formam compendij gratia utuntur eleganter huiuſmodi orationibus, τὸ κατ᾽ ἐμὲ, τὸ ἐπ᾽ ἐμὲ, quod ad me attinet, pro quo etiam dicunt τὸ γ᾽ ἐμὲ uel τὸ ἐμόν. τὸ γ᾽ ἐπ᾽ ἐκείνῳ, quãtum in eo fuit. τὸ γ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν, quantum in nobis fuit. τὰ ἐν μέρει, τὰ ἀνὰ μέρος, particularia. τὰ μέχρι τοῦ τοῦ, hactenus. τὸ ἐντεῦθεν, hinc. τὸ κατ᾽ ἐμαυτοῦ μέρος, quantum in me fuit, pro mea uirili. τὸ ἐπὶ σαυτοῦ μέρος, ꝑ uirili tua, quantum in te fuit. Quod etiam ſæpenumero dicunt ſubaudientes præpoſitionem, τὸ σὸν μέρος, τὸ μέρος, τὸ ἐπ᾽ αὐτὸν ἥκον μέρος, quantum in ſe fuit, quantum ad ſe pertinebat.

Eas etiam orationes, quas Latini dicunt, à conſilijs, à libellis, à menſis, à ſecretis, & ſimiles, ſecundum hanc formã eleganter efferuntur Græcis hoc modo,

οἱ

οἱ πρὸς τοῖς ἀπορρήτοις, οἱ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων, id eſt, οἱ τῶν ἀπορρήτων προϊστάμενοι, à ſecretis. οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, οἱ ἐπὶ τῶν κυλίκων, id eſt, οἱ τῶν κυλίκων προϊστάμενοι, à calicibus.

Articulus tam ſingularis, quàm pluralis, cum præpoſitione κατὰ, & nomine ſingulari ἕκαστος, uel εἷς, tantundem ualet, quantum nomen plurale eius caſus, cuius eſt articulus, ut οἱ καθ' ἕκαστον, uel ὁ καθ' ἕκαστον, id eſt, ἕκαστοι, ſinguli. τὰ καθ' ἕκαστον, uel τὸ καθ' ἕκαστον, id eſt, ἕκαστα, ſingula. ἡ καθ' ἑκάστην, uel αἱ καθ' ἑκάστην, id eſt, ἕκασται, ſingulæ. τῶν καθ' ἕκαστον, uel τοῦ καθ' ἕκαστον, id eſt, ἑκάστων, ſingulorum. τῆς καθ' ἑκάστην, uel τῶν καθ' ἑκάστην, id eſt, ἑκάστων ſingularū: & in alijs caſibus ſimili modo.

Item, ὁ καθ' ἕνα, uel οἱ καθ' ἕνα, ſinguli. τὸ καθ' ἕν, uel τὰ καθ' ἕν, ſingula. ἡ κατὰ μίαν, uel αἱ κατὰ μίαν, ſingulæ, ſimiliter in alijs caſibus.

Articulus pluralis numeri cum præpoſitione περὶ, uel ἀμφὶ, aut ſimili, & nomine proprio tantundem ualet, quantū nomen proprium Atticis. Chryſoſt. οἱ

περὶ παῦλον καὶ πέτρον, id eſt, Paulus & Petrus. τοῖς περὶ τὸν ἀλκίνοον, pro τῷ ἀλκινόῳ. οἱ περὶ πλάτωνα, pro πλάτων. εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν ζήνωνα, pro εἰς τὸν ζήνωνα. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην, pro ὁ Σωκράτης.

Quoniam autem hic ſermo ſub uoce plurali ſingulare ſignificat, fit ut poſſit adiungi uerbo ſingulari quidem, figurate, οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγε, Socrates dicebat. Plurali uero ſimpliciter, οἱ ἀμφὶ Σωκράτη ἔλεγον, Socrates dicebat.

Aliquando tamen accipitur non modo pro homine, ſed etiam pro eius comitatu uel ſodalitate. οἱ περὶ Σωκράτην, id eſt, Socrates, & tota quæ apud ipſum eſt ſodalitas.

## ARTICVLVS CVM Aduerbio.

ADuerbio additus articulus, uim habet nominis adiectiui. Mar. 4. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται, illis autem exteris omnia fiunt in parabolis. Iob 1. περιέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔξω, uallaſti interiora eius & exteriora.

riora. Ioan. 4. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, ego è ſupernis ſum, uos ab inferis eſtis. τὸ νῦν, in præſentia. τὰ ἐν ᾅδου, ea quæ apud inferos ſunt.

APPENDIX PRIMA.

Non modo omnibus orationis partibus, ſed orationi quoq; materialiter acceptæ præponitur articulus, in neutro genere. τὸ ἄνθρωπος, hæc dictio ἄνθρωπος. τὸ γυνὴ, hæc dictio γυνή. τὸ λέγω, hæc dictio λέγω. τὸ, Σωκράτης διαλέγεται, hęc oratio Σωκράτης διαλέγεται.

Itaq; Gręcis hic ualet articulus in neutro genere, quod Dialecticis noſtri ſeculi particula ly.

Præponitur etiam articulus neutri generis orationibus poſitis uice nominatiui. τὸ τὸν νέον ἔτι ὄντα φιλοκαλεῖν, θαυμαστὸν οὐδὲν, quod is qui adhuc iuuenis eſt, ſit bonarum rerũ ſtudioſus, nihil mirũ.

APPENDIX SECVNDA.

Atticis ſæpe abundant articuli. ἐλπίδα ἔχω οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην, ſpem habeo ne minimam quidem. Quod plerũq; ſit

ante nomina numeralia, τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη. Et dum præponitur ſuperlatiuis, ὁ πάντων ὁ βδελυρότατος.

Sæpe enim repetitus articulus efficit orationis phraſim uenuſtiorē. Lucian. καὶ ὁ νῦν πένης, ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βυλδυσάμενός τι πρὸ ἀγλύνους οὕτω τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, &c.

Rurſus Atticorum eſt articulum ſupprimere, οὕτω δυνατός ἐστιν, ὥστε καὶ ἀκοντίσῳ ὑπερέχειν, pro ὥστε ἐπὶ τῷ δ' ἀκοντίσῳ ὑπερέχειν. Id quod frequenter faciunt in nominibus proprijs, Φίλιππός ἐστιν, pro ὁ Φίλιππός ἐστιν. Fit & quādoq; in participijs, διὰ τί ἧττον μεθύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι, pro οἱ κωθωνιζόμενοι.

Interdum autem nuſquam ſupprimunt, ſed ſingulis dictionibus addunt ſuum articulum. Interdum uero partim ſupprimunt, & partim non, prout poſtulat oratio.

APPENDIX TERTIA.

Habent inſuper locum articuli in diuiſionibus, adiuncta cōiunctione δὲ & μὲν

μὲν, per omnes caſus. Per nominatiuum, ἄνθρωποι οἱ μὲν ἤδη εἰσέτρεχον, οἱ δὲ παρεσκευάζοντο, homines alij quidē iam incurſabant, alij uero apparabāt. Per genitiuum, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἕλληνες, οἱ δὲ βάρβαροι, hominum alij quidem Græci, alij uero barbari. Per datiuum ἀρεταῖς ταῖς μὲν ἐναντιοῦται ἀφροδίτη, ταῖς δὲ μέθη, uirtutibus quibuſdā quidem aduerſatur uenus, alijs uero ebrietas. Per accuſatiuum, στρατηγοὺς τοὺς μὲν ἔλαβον, τοὺς δὲ λαβεῖν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν. duces alios quidē ceperunt, alios uero capere haud quaquam potuerunt.

In quibus ſumuntur etiam quandoq; aduerbialiter pro partim, partim, uel tū, tum, uel ſimul geminatum. τἀνθρώπειον γένος, τῇ μὲν ἀγαθόν, τῇ δὲ φαῦλον, humanum genus partim quidem bonū, partim uero malum. ἐθεράπευσεν ὁ χριστὸς, τοὺς μὲν σώματι, τοὺς δὲ ψυχῇ κάμνοντας, Chriſtus curauit laborantes tum corpore, tū anima: uel ſimul corpore, ſimul anima.

Refertur autem in his diuiſionibus ὁ

μὲν, proprie ad proximum, & ὁ δὲ, ad remotius, ſicut latinis hic & ille.

Fit etiam nonnunquam, ut in diuiſionibus loco articuli præpoſitiui ponatur ſubiunctiuus. Ad Rom. 14. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, alius quidem credit ſe ueſci quibuſuis, alius uero infirmus olerib. ueſcit. Rurſus eodem cap. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, hic quidem iudicat aliquid intereſſe inter diē & diē, ille uero idem ſentit de quouis die.

Vnde ſumuntur articuli nonnunquā pro pronominibus demonſtratiuis, τὸν pro τοῦτον, τὴν pro ταύτην. ut ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν. ibi ὁ pro οὗτος ponitur: id quod crebrum eſt adiectis coniunctionibus δὲ, γε, ὅδε, ἥδε, τόδε. ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο, hic hæc hoc.

Itidem in reliquis caſibus τοῦδε, τῷδε, τόνδε, huius, huic, hunc. τὸνδ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς; pro τοῦτον, idq́; in cōpoſitione. Verum extra compoſitionem ὁ δὲ, ponitur pro οὗτος δέ.

Dicitur

Dicitur etiam ὁδέτις oxytonum, pro ὅδε, alter, alius, ſicut ὁμοῦτις ꝓ ὁμοῦ, unus. In quibus τις abũdat, ornatus gratia. Sed ὅδετις grauitonũ ponit̃ ꝓ οὗτος, hic. Cęterum philoſophis τόδετι uocat̃ ſubſtãtia.

Capiuntur & articuli pro nominibus interrogatiuis, τῷ pro τίνι, cui. Et pro infinitis, εἴ τῳ pro εἴ τινι, ſicui.

APPENDIX QVARTA.

Vtuntur præterea articulis unà cum ſuis nominibus aduerbiorũ loco. τὸ μέγιστον ad ſummum, τὸ ἐλάχιστον ad minimũ, τὸ ὕστατον poſtremum, τὸ πλεῖστον frequentiſſime. Sicut Terent. in Phor. Vbi plurimum eſt dixit, pro ubi frequentiſſime eſt. Significat etiam ad ſummum. τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, primum. τὴν ταχίστην quamprimũ, τὴν πρώτην principio, à prima ætate, τὴν ἄλλως fruſtra, τ' ἄλλα cæterũ, τὸ ἧκον, pro uirili, quantum poſſibile eſt.

SYNTAXIS ARTICVLO rum ſubiunctiuorum.

ARticulus ſubiunctiuus præponit̃ huic indefinito nomini τις inclina

 tiuo,

tiuo, ut ὅστις, quicunq́. Quod etiam fit nõnunquam antecedente nomine πᾶν. πᾶν ὅτι, quodcunq́. πᾶς ὅστις, quiuis, quicunq́. Et id quidem in ſingulari, ſed nõ in plurali. Non enim dicimus πάντων οἵτινων, ſed πάντες ὅσοι. Fit etiã pręcedentibus negationibus, οὐδεὶς ὅστις, nullus. οὐδενὸς ὅτινος, nullius. οὐδεμίαν ἥντινα, nullam: & ita per alios caſus.

Et ſubiungitur interdum ἄν, ut οὐδεὶς ὅστις ἄν, μηδ' ὅστις ἄν, nullus. &, ὅστις ἄν, aliquis. ὅτινος ἄν, alicuius: & ſic in alijs caſibus. Dicitur etiam, ὅτου ἄν, & ὅτῳ ἄν, pro ὅτινος ἄν, & ᾧτινι ἄν.

Præponitur etiam coniunctioni περ, ὅσπερ. & γε, ὅσγε. & που, ὅσπου. & δὴ, ὃς δὴ. & ἄρα, ὃς ἄρα. Poëtæ etiam, ὅσρα, & ὅσυν dicunt.

Cũ uero quis uult ſignificare, ſe ignorare, etiã ποτὲ annectit poſt τις, & poſt δὴ. ὅς τίς ποτε ἦν ἐκεῖνος; quis nam erat ille? ὁδήποτε, & ἁδήποτε, q̊duis, quæuis.

Sæpenumero non ad caſum, quẽ exigit uerbum ſequens, redditur articulus ſubiun-

ſubiunctiuus, ſed ad eum quem poſtulat pręcedens, licet ab eo ſit alienus. ἀπολαύω, ὧν ἔχω, ἀγαθῶν, pro ἃ ἔχω, fruor bonis quæ habeo. χρῶμαι, οἷς ἔχω, βιβλίοις, utor libris quos habeo. Hinc ſunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ σοι, ἄνδρα οἷόν σε. Sic Virgil.

*Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt.*

Et Terent.

*Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.*

Et ponitur plerunq; ſine ſuo antecedente, ἐξ ὧν ἔπεμψας ἐπιστολῶν, ἔμαθον, id eſt, ἐκ τούτων, ἃς ἔπεμψας, ἐπιστολῶν. ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id eſt, ἐκ τούτων, ἃ ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. Sic ſecundo ad Corinthios duodecimo, μήτις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει μὲ, ne quis exiſtimet, ſupra id quod uidet eſſe me.

Quod etiam fit in relatiuo nominis, περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν, id eſt, περὶ τοιοῦτον, οἷον χρὴ εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν. μακαρίζω σε, οἷα ἔργα ἐποίησας, id eſt, μακαρίζω σε διὰ τοιαῦτα ἔργα, ἃ ἐποίησας.

Refert articulus ſubiunctiuus interdum ſingulariter ad uerbum plurale. ἀν

θρώπους τίννυται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, hominesi puniũt, quiſquis falſum iuramentum iurauerit. Interdum uero econtrario, ad uerbum ſingulare inuenitur reddi pluraliter, μή τις ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐπέλθῃ βουληφόρος, οἵτε μοι αἰεὶ βουλὰς βουλεύουσι, ne quiſquam Græcorum huc uenerit conſultor, qui mihi ſemper cõſilia cõſulũt.

Per articulum ſubiunctiuum reſpondetur huic interrogationi τίς. τίς ἐποίησεν ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν ἰλιάδα ἐποίησε, quis fecit Odyſſeã? qui & Iliada fecit. Vel ſine uerbo, τίς ἐποίησε ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν ἰλιάδα, quis fecit Odyſſeã? q & Iliada.

Poteſt etiam huiuſmodi reſponſio fieri per articulum præpoſitiuum, ſi uerbũ mutetur in ſuum participium. τίς ἐποίησε τὴν ὀδύσσειαν; ὁ καὶ τὴν ἰλιάδα ποιήσας. τίς ἀνήγαγε Κέρβερον; ὁ καὶ τὸν λέοντα ἀνελών, quis eduxit Cerberum? is qui & leonẽ interfecit.

Paſſim enim ponitur articulus præpoſitiuus loco poſtpoſitiui, uerbo mutato in participium. Σωκράτης ὁ πολλὰ πε-

πεποιηκὼς

πεποιηκὼς ἀγαθὰ, pro Σωκράτης, ὃς πολλὰ πεποίηκε ἀγαθὰ, Socrates, qui multa fecit bona.

Ponuntur etiam loco articulorũ ſubiunctiuorum hæ dictiones, ὅσοι & ὁπόσοι, in omni numero & caſu. Lucian. οὐ τὰ γοῦν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ἀνθρώπους πείθεις, id eſt, ἃ τοῖς ἀνθρώποις πείθεις, non dico ea quæ in terris aguntur, quę tu perſuades hominibus. Hinc fit, quod πάντων ὅσοι dicitur, pro πάντων οἵτινων, omnes qui. πάντα μὲν, ὅσα, omnia, quæ.

Articulus ſubiunctiuus ᾗ, ſumitũ non nunquam aduerbialiter pro, eo modo, ea ratione, & reſpondet aduerbio τῇ, q̃ modo, qua ratione. Reſpondet etiam ταύτῃ, accepto aduerbij uice, pro eatenus, eo, ea ratione. ταύτῃ ἀθλιώτερος, ᾗ πλουσιώτερος, Eatenus uel eo miſerior, q̃ uel quatenus opulentior. Capitur interdum pro ὡς. ᾗ σοι δοκεῖ, pro ὡς σοι δοκεῖ, ut tibi uiſum fuerit. Significat etiam ex quo, quo circa. ᾗ καὶ δῆλόν ἐστιν, ex q̃ manifeſtum eſt. Capitur etiam ὃ aduerbij loco

loco, pro ubi, οὗ ἂν θέλῃς, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα, ubi uelis, extende manum tuam.

## SYNTAXIS PRAEPOSITIONVM. ἘΝ.

EN gaudet datiuo, ἐν ἦρι τῆς ὥρας, ἐν ἀκμῇ, ἐν ἄνθει, in ipſo ætatis flore, in robore ætatis. ἐν γαστρὶ ἔχειν, ferre uterum, prægnantem eſſe. ἐν καλῷ, commodum, honeſtum. ἐν καλλίστῳ, commodiſſimum. ἐν παιδὶ, in pueritia. ἐν παιδοτρίβου, in ſchola. ἐν ὀργῇ εἶναι, offendiſſe.

Huiuſmodi uero ἐν ᾅδου, in Plutonis: ἐν διδασκάλου, in præceptoris, per defectum dicuntur. Subauditur enim datiuus οἴκῳ, τόπῳ, uel alius quiſpiam, quē poſtulat oratio.

Quandoq; etiam capitur unà cū ſuo caſu, aduerbij loco, ἐν οἷς, quamobrem. ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ, quemadmodum Latini dicunt aduerbialiter, ſedere dextra, uel ſiniſtra. ἐν μέρει, uiciſſim, ſigillatim. ἐν

δέοντι

δέοντι, opportune. ἐν ἀκαρεῖ, ſubito, momento. ἐν βραχεῖ, paucis, in ſumma. ἐν κύκλῳ, circũ, circa, undiq;, in uniuerſum, nullo prætermiſſo. ἐν ὀλίγῳ, ſummatim. ἐν παραβύσῳ, latenter, ἐν παρόδῳ, obiter. ἐν τούτῳ, interea. ἐν τῷ παραυτίκα, ἐν τῷ παραχρῆμα, id eſt, ἐν τῷ παρόντι, in præſentiarũ. ἐν χρῷ, ἐν χρῷ, ad cutem, ad uiuũ propè. ἐν ᾧ, quando.

ΕΙΣ.

Εἰς communiter, ἐς Attice, ſemper accuſatiuo conſtruitur, ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτόν, periculi ſui facere, εἰς τὸ ἔσχατον, ad ſummum diſcrimen, εἰς τετάρτην, die tertio. εἰς πέμπτην, die quinto. εἰς τοὔμπαλιν, in contrarium. εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, pro uirili. εἰς νέωτα, in futurum, in ſequentem annum, & deinceps aduerbialiter. εἰς κόρακας, ad coruos.

Cæterum, εἰς ᾅδου, εἰς διδασκάλου, defectiue dicuntur, quemadmodum de ἐν præpoſitione dictum eſt. Quomodo & Terent. in Adelph.

*Vbi ad Dianæ perueneris.*

In rebus quidẽ inanimatis maxĩe utendum

dum eſt εἰς. In rebus uero animatis πρός. πορεύομαι εἰς ἀγορὰν, eo in forum. πέμπω χρυσίον πρός σε, mitto aurum ad te.

Etiam εἰς utimur in laudem & relationem, ἀνήνεγκε εἰς ἄρχοντα, retulit ad prætorem. ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα, hymnos in laudem Apollinis. πρὸς uero, ubi ſignificabimus aduerſari, πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, belligeratur aduerſus finitimos. In qua ſignificatione inuenitur quãdoq; & εἰς, ἠγνωμονήκεσαν εἰς ἡμᾶς, ingrati fuerunt in nos.

Quandoq; ſignificat uſq;, εἰς ἐμὲ, uſq; ad ætatem meam. Quandoq; apud, εἰς τοὺς Μακεδόνας, apud Macedones. Quandoq; circiter, εἰς ἄνδρας διακοσίους, circiter ducentos uiros. Quandoque ob, εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν, ob ignobilitatem conuitiari.

Ponitur præterea pro ἐν, εἰς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι, quod dicitur tam de tempore quo loquimur, quàm de alio inſtãti, pro eo quod eſt, in præſens. Chryſoſt. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, pro ἐν στήλῃ χαλκῇ.

κῦ. Marci 2. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, & auditum eſt, quod in domo eſſet.

Capitur etiã unà cum ſuo caſu quandoq; aduerbialiter, εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολὴν, ἐν τοῖς μάλιστα, ſumme, maxime. εἰς δύναμιν, quàm potuit maxime. εἰς δέον, oportune. εἰς καλὸν, cõmode. εἰς ἕν, ſimul: ſicut Latini dicunt, conuenire in unum. εἰς ἅπαξ, εἰς τὸ ἅπαξ, ſimpliciter, omnino. εἰς ὅσον, quandiu.

ἘΚ.

Ἐκ præpoſitio eadem quæ & ἐξ, ſed illa utimur conſonante ſequente, hac uocali: & utraq; genitiuo iungitur, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, è plauſtro loqui. ἐξ ἀπραξίας πράγματα, ex ocio negocium. ἐκ τῶν διὸς δέλτων, è Iouis tabulis. ἐκ λύκου στόματος, ex ore lupi. ἐκ παραλόγου, ex inſperato. ἐκ παραλλήλου, per alternitatem: uel, ut Gellius ait, ex geminatione. ἐκ παρέργου, extra propoſitũ. ἐκ παραβλώπης ὁρᾶν, obliquis oculis uidere. ἐκ ῥίζης, à radice, ab initio. ἐξ ἀκολουθίας, ex ordine, ex congrua conſequentia. ἐκ νέας, ἐκ νέου, ἐκ παίδων, ἐκ παι-

δὸς. ἐκ νηπίου, ἐκ μειρακίου, hoc eſt, à puero, ab incunabulis, ab ineunte ætate. ἐξ οὐρίου φέρεσθαι, ferri ſecundis uentis. ἐκ πλαγίου, de latere. ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ex tempore. ἐκ παντὸς, ſubauditur, τρόπου, omni pacto: quod etiam ſic dicitur, παντὸς τρόπου, ſubaudita prępoſitione ἐκ. uel ſic, κατὰ πάντα τρόπον, uel, πάντα τρόπον. ἐκ προσαγωγῆς fieri dicitur, quod cum acceſſione fit, ſenſim creſcente. Hinc ἔλαττον ἐκ προσαγωγῆς, minus ac minus: quod etiam dicitur, κατὰ μικρὸν ἧττον, uel ſic, ἐπ' ἔλαττον, ἐφ' ἑξῆς, quemadmodũ ἐπὶ πλεῖον ἐφεξῆς, & κατὰ μικρὸν ἐπὶ πλεῖον, ſignificat magis ac magis.

Capitur etiam hæc præpoſitio unà cũ ſuo caſu aduerbij loco, ἐκ προνοίας, ἐκ προαιρέσεως, conſultò. ἐκ παλαιοῦ, olim. ἐκ πολλοῦ ἤδη, iam pridem. ἐκ τοῦ, propterea quod. ἐξ ὧν, propterea quod, eò quod. Quod ſoluit quãdoq; per tmeſim, ἐκ μὲν ὧν, pro ἐξ ὧν μέν. ἐκ γὰρ ὧν, pro ἐξ ὧν γάρ. ἐξ οὗ, ἐξ ὅτου, ἐξ ὅσου, poſtquam. In quibus ſubauditur, χρόνου, ſicut, ἐκ τούτου, ex hoc tempore.

## ΠΡΌ.

ΠΡῸ cũ genitiuo, ante ſiue pro. ſignificat enim locũ & tempus. πρὸ θυρῶν, ꝓ foribus. πρὸ ἔργου θρασὺς, ante negotium audax. πρὸ νίκης ἐγκώμιον, ante uictoriã encomion. πρὸ μυστηρίων, ante myſteria. πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, ante barbam doces ſenes. πρὸ δούλου δεσπότης, dominus præſtat ſeruo. πρὸ ἔργου, ſiue προὔργου, quod operæpretium eſt, præuertendumq́ꝫ, & conducibile. pro quo etiam capitur, πρὸ ὁδοῦ, quod ſignificat etiam promptum & obuium. πρὸ ὀλίγου, paulo ante.

## ΠΡῸΣ.

ΠΡῸΣ cũ genitiuo ſignificat aut motum à perſona, πρὸς θεοῦ τἀγαθὰ, à Deo bona. Aut originem, πρὸς μητρὸς γένος, genus à matre. Aut quantũ pertinet, πρὸς τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων, quantũ pertinet ad deos, aut ad homines. Quo modo Plaut. A morbo bene ualui, ab animo æger fui: pro, quãtum ad morbum, quantum ad animum. Aut officium, πρὸς ἡμῶν ἐστιν, officij noſtri eſt. ὁ πρὸς ἰα-

τροῦ τοῦτο ποιεῖν, non eſt medici hoc agere.

Aut coràm, πρός γε θεῶν μακάρων, coram dijs beatis. Aut refertur ad iuramentũ, & ad obſecrationem. πρὸς θεῶν, per deos.

Habet etiam cum genitiuo peculiares quaſdam cõſtructiones, quales ſunt hæ, πρὸς τρόπου ἐστί μοι, eſt mihi cõueniẽs, eſt mihi conſentaneum. πρός τινος εἶναι, alicui ſtudere, fauere, & eum tueri. ſicut apud Ciceronem, à reo dicere, à cauſa bonorum ſtare. πρὸς κακοῦ ὄν, incommodum. πρὸς κακοῦ γίνεται, nocet. πρὸς ἀγαθοῦ, id eſt, ἀπ' ἀγαθοῦ.

Cum datiuo ſignificat propè, πρὸς τοῖς ποσίν, prope pedes. Aut pręterea, πρὸς τούτοις, ad hęc, pręterea. Aut apud, πρὸς τοῖς θεσμοθέταις, apud iudices. Aut aſſiduitatem, πρός τούτῳ εἰμί, ſum deditus, ſiue occupatus in ea re. πρὸς λόγῳ ἐστίν, meditatur & occupatur in oratione. πρὸς αὑτῷ εἶναι, ſecum meditari.

Cum accuſatiuo ſignificat motũ ad rem quampiam, maxime animatam, ut

dictum

dictum eſt, πρός σε ἔρχομαι, ad te uenio.

Aut habitudinem, ſiue rationem, ὡς τὰ δύο πρὸς τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς ὀκτὼ, ſicut duo ad quatuor, ſic & quatuor ad octo. Aut exemplũ, οὐδὲν πρὸς τὴν χορδὴν, nihil ad fides. πρὸς ἔπος, πρὸς λόγον, ad rem quæ agitur, ad rem pertinens. ὄνος πρὸς αὐλὸν, aſinus ad tibiam. Aut contrà, μὴ πρὸς λέοντα δόρκας, ne caprea contra leonem. πρὸς Κόρυκον, aduerſus Corycum. πρὸς κέντρα λακτίζειν, contra ſtimulos iactare calcem. Aut inter, πρὸς ἡμᾶς φιλία, amicitia, quæ inter nos eſt. Aut cõuenit permutationibus & compenſationibus. πρὸς ἀργύριον πωλεῖσθαι, uendi pecunia. βίον πρὸς κέρδη καταλλάττεσθαι, uitã uendere lucris. Aut propter, πρὸς ὃν λέγω, propter quẽ dico. πρὸς χάριν, id eſt, τοῦ χάριτος ἕνεκεν, propter gratiam. Aut ſeruit comparationi, πρὸς ῥόδα ἀνεμώνη, cum roſa componitur anemone. οὐδὲν πρὸς Παρμένοντος ὗν, nihil ſi cõferatur Parmenonis ſui; quod Latini dicunt, præ illo. Aut apud, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας,

σμοθέτας, apud iudices.

Singularia ſunt illa, πρὸς αὐτὸν αὐτὸς, ſibi conuenienter. πρὸς τὸ δοκοῦν, prout uiſum fuerit. πρὸς τὸ προσῆκον, prout unicuiq; conueniens eſt. πρὸς ἔχθραν, inimico animo. πρὸς ὀργὴν, iracunde. πρὸς ἑαυτὸν, ſecum ipſe ſolus. πρὸς τὸ παρὸν, in præſenti. πρὸς δύναμιν, pro uiribus.

Πρὸς, πρὸς δὲ, πρὸς ἔτι, capiũtur loco aduerbiorum, præterea, amplius. εἴκοσι καὶ πρὸς, uiginti & amplius. δώδεκα, ἢ πρὸς ἔτι, duodecim & amplius.

ΣΥΝ.

ΣΥΝ ſemper cum datiuo, σὺν θεῷ, cũ Deo. σὺν λόγῳ, cum ratione. σὺν θεῷ εἰρῆσθαι, dictum eſſe Deo beneuolente & fauente. σὺν θεοῖς, deorum pace, dijs exoratis. σὺν ἀσπίδι, σὺν δορὶ, cum haſta, cum ſcuto. ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, unà cum phanis & aris.

Litera initialis huius prępoſitionis, Atticis uertitur in ξ, tam in compoſitione, quàm in appoſitione. ξὺν enim pro σὺν habent. ἰλ. υ. καὶ ἦλθεν Ἀργυρότοξος Ἀρτέμιδι ξὺν, Et uenit Apollo cum Diana. &

ξύνοικος,

ξυνοικ@, pro συνοικ@, cohabitator.

ἈΝΆ.

ἈΝΆ ſemper cum accuſatiuo, ἀνὰ μέλαν αἷμα. per atrum ſanguinem.

Significat etiam diſtributionem. ἀνὰ πᾶν ἔτ@, quotannis. ἀνὰ μέρ@, partim. Lucæ nono, ἀνὰ δύο χιτῶνας, ſinguli duas tunicas.

Poëtice tamen cum datiuo ponitur, p συν. ut, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, cum aureo ſceptro.

ΚΑΤΆ.

ΚΑΤΆ cum genitiuo ſignificat contrà, aduerſus. μὴ κατὰ βοὸς εὔχου, ne contra bouem opta. οὐ κατὰ θύρας, haud contra oſtium, id eſt, non proprie ad rem. κατ᾽ Αἰσχίνου λόγ@, in Aeſchinē oratio. Aut ſuper. κατὰ πετρῶν σπείρεις, ſuper ſaxa ſeminas. κατὰ γῆς κάθημαι, ſuper terram ſedeo. Aut de, ab. κατὰ νώτου, à tergo. κατὰ παντὸς εἰπεῖν, de omnibus, hoc eſt, in uniuerſum dicere. Poëtice uero pro ab. κατ᾽ Ὀλύμποιο καρήνων, ab Olympi uerticibus.

Cum accuſatiuo ſignificat ſecūdum, κατὰ μοῖραν, ſecundum fatum, hoc eſt, ri

te, ut decuit. κατὰ Νικόστρατον, ſecundum Nicoſtratum, ſiue more Nicoſtrati. κατὰ λόγον, ſecundum rationem, hoc eſt, probabiliter, & merito. καθ᾽ αὑτοῦ μέρος, ſecundum ſuam partem, hoc eſt, quantũ in ſe fuit. κατὰ νοῦν προχωρεῖ, ſecundũ mentem procedit.

Secundum hanc ſignificationem dicitur breuitatis cauſa, κατὰ τὴν ἐμὴν, pro, mea quidem ſententia. καθ᾽ ὅ, ſecũdum quod, cuius cauſa, ob quod. Aut ſignificat circa, aut in aliquo. καθ᾽ ἕν, in uno, in aliquo. οὐδὲ καθ᾽ ἕν, in nullo. κατὰ ναῦν, circa nauem. κατὰ ῥοῦν, in fluxu, hoc eſt, ſecundo æſtu. κατὰ πρόσωπον, in faciem, coràm, in conſpectu omnium. κατὰ στόμα, in initio, metaphorice. κατὰ τὰ αὐτὰ, eodem modo. κατ᾽ αὐτό, eodẽ tempore.

Inde & καθ᾽ ἑαυτὸν dicitur, ſecum ipſe ſolus. κατὰ ἐμὲ, pro eo quod Latini dicũt, è uiribus meis, pro meis facultatib.

Aut ſignificat tempus, καθ᾽ ἡμᾶς γέγονεν, noſtris temporibus factũ eſt. Aut quod Latinis ſignificãt aduerbia in im,

κατ᾽

κατ᾽ ἔτος, annuatim, ſiue quotannis. κατ᾽ ἄμφω, utrinq;. κατ᾽ ἄνδρα, uiritim. κατ᾽ ὀλίγον, paulatim. Sic Luc. 8. κατὰ πόλιν καὶ κώμην, oppidatim, caſtellatim, id eſt, per ſingulas ciuitates & caſtella. κατὰ μέρος, uiciſſim, ſigillatim. καθ᾽ ἕνα, ſinguli.

Dicitur etiam cũ accuſatiuo, κατὰ θεὸν, pro diuinitus, inſtinctu diuino, Deo uolente & fauente. κατὰ τύχην, & κατὰ δαίμονα, pro, forte fortuna.

ΔΙΆ.

ΔΙΆ cum genitiuo ſignificat per. διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, per antiquum diem. διὰ πυρὸς καὶ μαχαιρῶν, per ignem & enſes. ὗς διὰ ῥόδων, ſus per roſas. διὰ τοίχου λαλεῖν, per parietem loqui.

Dicunt etiã λέγειν διὰ πλειόνων, διὰ βραχιόνων, διὰ βραχέων, pro multis & paucis dicere. Et διὰ μακροῦ, διὰ πολλοῦ, διὰ χρόνου, pro longo interuallo, diu, multo poſt. Et διὰ τιμῆς ἄγειν, in honore habere. διὰ αἰδοῦς ἄγειν, uenerari, ueneratione dignari. διὰ μνήμης ἄγειν, memoriã alicuius ſcriptis mandare & monumentis. Et διὰ τρίτης, tertio die. διὰ τρίτης ἡμέρας, tertio

quocꝙ die. διὰ βίου, per totam uitam. διὰ τέλους, continuè, aſſiduè. διὰ μιᾶς γνώμης γενόμενοι, uno animo conſentientes. διὰ δοράτων μάχεσθαι, eminus pugnare.

Cum accuſatiuo ſignificat propter. διὰ σὲ ταῦτα ποιῶ, propter te hæc facio. Dicunt etiam διὰ ἐμέ γε, quantum in me eſt. Homerus tamen etiam cum accuſatiuo profert interdum διὰ, ſignificãs per medium. διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, per arma & atrum ſanguinem.

METÀ.

METÀ cum genitiuo ſignificat cum. ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος, ſuauis cum amicis uita. Illud autem μετὰ τριτάτοισι ἄνασσε, cum tertijs imperauit, poëticũ eſt.

Cum accuſatiuo ſignificat poſt, μετὰ τὴν ἑορτὴν, poſt feſtũ. μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία, poſt bellum auxilium.

Vſurpatur etiam quãdocꝙ pro ἐν, uel διὰ. μετὰ χεῖρας ἔχειν, in manibus habuit.

ΠAPÀ.

ΠAPÀ cum genitiuo, ſignificat motũ à perſona. παρὰ θεοῦ τ' ἀγαθὰ, à Deo bona.

παρ' ἐμοῦ δοῦναι, de meo, ſiue de mea pecunia dare. Siquidem ἀπὸ & ἐξ, motui qui eſt à loco, maxime ſunt peculiares: παρὰ uero & πρὸς, motui à perſona.

Cum datiuo, apud, propè. παρ' ἐντέροις ὁ κύων, iuxta inteſtina canis. παρὰ σοί, in te eſt ſitũ, penes te eſt. παρ' ἐμοί, apud me. Et cõſtruitur plerũq; datiuo, ſignificante rem animatam. Vbi uero fit ſermo de re inanimata, iungitur accuſatiuo in eodem ſenſu. παρὰ θάλασσαν καθεδοῦμαι, iuxta mare ſedebo.

Cum accuſatiuo etiam ſignificat ad, παρὰ σὲ ἔρχομαι, ad te uenio. Aut propter, παρὰ τί, propter quid, unde, quamobrem. παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, propter iniuriam ſupplicium. Aut præter, παρὰ τὸ μέλος, prȩter, ſeu extra cantionem: hoc eſt, inepte. παρὰ γνώμην συμβαίνει, prȩter opinionem accidit. παρ' ἕνα, præter unum, hoc eſt, uno minus: ut παρ' ἕνα τοσοῦτοι, uno dempto totidem. Aut relationem, τὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν, purpuram iuxta purpuram. παρ' ἄλλους ἄλιμός

ἐστιν,

ἄξιυ, præ cæteris uilis eſt. Aut ſupra, ſiue ultra, ὡραῖος παρὰ τοὺς ὑιοὺς τῶν ἀνθρώπων, ſpecioſus ſupra filios hominũ. Hoc modo Hieronymus ſecundo aduerſus Iouinianum libro, uertit illud ad Rom. 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, alius iudicat diem pluſquàm diem, hoc eſt, unũ ſupra alium. Aut ſignificat intermiſſionem. Sic diuus Auguſtinus in quæſtionibus Epiſtolæ ad Romanos, interpretatur dictũ locum ad Romanos 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν, παρ᾽ ἡμέραν, alius quidem iudicat alternos dies. Sic ἔτος παρ᾽ ἔτος, alternis annis. μῆνα παρὰ μῆνα, alternis menſibus.

Poteſt etiam dici hoc modo, παρ᾽ ἡμέραν, παρ᾽ ἔτος, παρὰ μῆνα, alternis diebus, alternis annis, alternis menſibus. παρὰ μέρος, uiciſſim, alternis uicibus. Cui poteſt etiã addi nomen numerale, παρὰ μίαν ἡμέραν, alternis diebus. παρ᾽ ἡμέρας πέντε, quinto quoq; die. παρ᾽ ἡμέρας ἑπτὰ, ſeptimo quoq; die. & ſic de aliis.

Poteſt inſuper dici, παρὰ τρίτην ἡμέραν, tertio

tertio quocꝫ die, hoc eſt, dierum ſingulorum interuallo. παρὰ τετάρτην ἡμέραν, quarto quocꝫ die: & ita ulterius.

Necꝫ de tempore tantum utunt̃ hoc modo loquẽdi, ſed etiam alijs de rebus interiectis, παρὰ πληγὴν, ſiue πληγήν. παρὰ πληγὴν ἑκατέρῳ ἐντρίψω, alternas plagas incutiam, hoc eſt, utruncꝫ uiciſſim cedam. παρ' ἕνα, uel ἕνα. παρ' ἕνα χορεύοντι, alternatim choreas ducũt. Inde dicuntur παρενιαυτόφορα, quę alternis annis fructus ferunt.

Quandocꝫ importat tempus idem, παρὰ τὸ δεῖπνον, tempore cœnæ. παρὰ τὸν πλοῦν, inter nauigandum. παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, protinus admiſſis delictis: q̃d iuriſperiti dicunt, adhuc flagrãtibus delictis. παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν, in re præſenti, in præſens, in præſentiarum. παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους, unoquocꝫ tempore. παρὰ πάντα χρόνον, omni tẽpore. παρ' ὅλον τὸν βίον, per totam uitam, à toto tempore uitæ. Hinc fit παραυτίκα, & παραυτὰ, & παραυτόθεν, iam inde, ex illa hora.

Quandocꝫ

Quandoq; ſignificat contra, οὐδὲν παρὰ τὸν Θεοῦ ὁ δίκαιος πράττεται, nihil contra legem Dei agit iuſtus. Aut poſt, παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, poſt mala prudētior.

Dicitur etiam aduerbialiter, παρ᾽ οὐδὲν, παραμικρὸν, fermè, pro nihilo. παρ᾽ ὅσον, uel παρ᾽ ὅσα, quatenus, quoniam. Pro quo etiam quandoq; capitur παρ᾽ ὅ.

Item, παρὰ πολὺ, nunc capitur pro multo ſeu plurimo, nunc pro modico: ſic, ut παρὰ πολὺ dicatur, quaſi ἐκτὸς πολλοῦ, ut παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος ἐποίησα, minus quàm ſpes erat feci. Sic παρὰ τοσοῦτον, modo capitur pro tantum, ſiue tam multum: modo pro tantulum, ſiue tam parum.

ἈΝΤῚ.

ἈΝΤῚ ſemper conſtruitur genitiuis, & ſignificat pro, ſeu contrà. ἀντὶ σοῦ, contrà, ſeu pro te. ἀντὶ σώματος σκιὰ, pro corpore umbra. ἀντὶ λέοντος μυῦ, pro leone murē. ἀντὶ κυνὸς σῦν, pro cane ſuem. ἀνθ᾽ Ἑρμίονος, Hermionis uice. Dicunt etiam ἀνθ᾽ ἡμέρας, per totum diem.

Aduerbialiter etiā dicūt ἀνθ᾽ ὧν, quāobrem,

obrem, quare. Significat etiã, eò quod, propterea quod. Lucian. ἀπόδος αὐθ᾽ ὧν σε διεπορθμεύσάμην, redde pro eo quod te tranſuexi. αὐθ᾽ ὅτου, idem eſt, quod αὐθ᾽ ὧν, licet habeat uocem ſingularem. οὐκ οἶδ᾽ αὐθ᾽ ὅτου, neſcio quamobrem: ſicut Latinis pro eodem ſumunt, quamobrem, & quasobres, licet unũ habeat uocem ſingularem, alterum pluralem.

ἘΠῚ CVM GENITIVO.

Ἐπὶ cum genitiuo, in uel circa. βοῦς ἐπὶ γλώττης, bos in lingua. ἐπὶ καλάμης ἀροῦν, in culmo arare. ἐπὶ ῥιπὸς διαπλεῦσαι, in uimine nauigare. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ſecum, ipſe ſolus. Aut ſuper, ἐπὶ καθέδρας Μωσέως, ſuper cathedram Moſeos. ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο, ſuper tergus bouis deſidebat. ἐπ᾽ ἄκρων δακτύλων, ſuper ſummos pedũ articulos. Aut tempus, ἐφ᾽ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, temporibus noſtris, & temporibus maiorum noſtrorũ. ἐπὶ τοῦ Κρόνου, temporibus Saturni. Capitur etiã aduerbialiter, ἐπ᾽ ἄλλων, aliâs, Cum datiuo ſignificat propter, ἐπὶ τό-

τις, ob hæc, uel inter hæc. ἐπὶ οὐδενὶ, propter nullum fructum. ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, in arbitrio regis ſunt res ſubditorum. Aut poſt, ἐπὶ τούτοις πολλὰ ἕτερα διεξῄει, poſt hæc multa alia narrabat. Aut ſuper, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ędificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum. Aut in, ἐπὶ γνάθοις βοῦν φέρει, in faucibus bouem portat. βοῦς ἐπὶ σωρῷ, bos in aceruo. βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, bos in præſepi. ἐπ᾽ ἡμαλι, intra unum diem. Aut modum, ἐπὶ ῥητοῖς, certis conditionibus, legibusq́. ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, uel ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις, æquali utrinq́ conditione. Dicitur etiam aduerbialiter, ἐπ᾽ ἀριστερά, ſiniſtrorſum.

Cum accuſatiuo ſignificat motũ ad aliquid, ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων, canis ad proprium uomitum. ἐπὶ ὄνους, ad aſinos. ἐπὶ πῦρ δαλός, ad ignem titio. Secundum hanc formam dicitur etiam ἐπὶ ἐξουσίαν ποιεῖν, ad dignitatem & autoritatẽ, & potentiam promouere. ἐπὶ ἐξουσίαν καθίστασθαι,

βιϛάσθαι, in potentiam & autoritatem conſtituere. ἐπὶ τὴν ἑϛίαν καθίζεσθαι, in aram ſedere.

Cæterum cũ genitiuo hoc idem quandoq; ſignificat, nam ἐπὶ τοῦ οἴκου, in domũ. ἐπὶ τῆς χώρας, in regionem, recte quidem, & Attice dicitur, uerum non admodũ uſitate.

Dicitur etiam aduerbialiter cum ſuo caſu, ἐπὶ τὸ πλεῖϛον, plerunq;, plurimum. ἐπὶ τὸ πολὺ, magna ex parte. ἐπὶ χρόνον, aliquandiu. ἐπὶ ὀλίγον, paucis, pauxillum. ἐφ᾽ ὅσον, pro q̃ Attice dicitur, ἐφ᾽ ὅσα, quatenus, in quantum. ἐφ᾽ ὅ, ſecundũ quod, cuius cauſa, ob quod. ἐφ᾽ ᾧ, quãobrem.

Et uariam ſortitur conſtructionem. Cõſtruitur enim cum indicatiuo in præterito. ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψεν, quare ſcripſit. In futuro, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιεῖται, eo ut uiros accipiat. Et cũ infinitiuo in præſenti & in præterito, ἐφ᾽ ᾧ μεμνῆσθαι, pro ἐπὶ τῷ μεμνῆσθαι, uel ἕνεκα τοῦ μεμνῆσθαι. Pro quo etiã dicitur ἐφ᾽ ᾧτε, abundante τε, more Ionico. Iones enim ἐπ᾽ ᾧτε dicunt. Et in fu

turo, ἐφ᾽ ᾧ βοηθήσειν, eo ut ferat auxiliū. Pro ἐφ᾽ ᾧ etiam dicitur ἐφ᾽ ὅτῳ μηδὲν ἔχεις, ἐφ᾽ ὅτῳ με τοῦτο ποιήσεις, cauſæ nihil eſt cur in me hoc committas. ἐφ᾽ οἷς, in eo quod, pro eo quod. ἐφ᾽ οἷς τοῦτ᾽ ἐποίησας, ἐγενήσω φίλος, in eo, uel pro eo quod hoc feciſti, factus es amicus. Iungitur etiam aduerbio. Act. 10. ἐγένετο ἐπὶ τρίς, factū eſt ter.

ΠΕΡῚ CVM GENITIVO.

ΠΕΡῚ cum genitiuo ſignificat de, uel pro, περὶ τῶν κρεῶν λαγώς, de carnibus lepus. περὶ πάτρας ἀμύνεσθαι, pro patria pugnare. λαλεῖν περὶ ἀλληλοκληρονομίας, loqui de inſtitutione, q̄ inter aliquos ſic conuenit, ut prior decedens alterū relinquat hæredē. περὶ ἀλλήλων, de ſe inuicē.

Illud uero περί του δεδοικέναι, de aliq̄ metuiſſe, priuati iuris eſt.

Conſtruitur peculiariter cum genitiuo, unà cum hoc uerbo ποιῶ. περὶ πλείονος σὲ ποιῶ ἐκείνου, pluris te facio quàm illum. περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, magni facerem. περὶ ἐλάττονος σὲ ποιεῖ ἐκείνου, contemnit te præ illo. περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, parui facere.

ſacere. περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἁπάντων, omniũ maximi facere. περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι, nihili facere. Quod etiam fit cum uerbo ſubſtantiuo, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὤν, magni fit apud nos. Quandoq; etiam fit cum alijs quibuſdam uerbis, περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, pro nihilo ducebant.

Cum accuſatiuo ſignificat circum, iuxta. περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, circa ſalem & fabam. περὶ θύρας, circa fores. περὶ ὅ, quocirca. Verum illa, περὶ δουρὶ, περὶ πύργῳ, circũ haſtã, circũ turrim, Poëtica ſunt.

ἈΜΦΊ.

Ἀμφὶ conſtruitur eiſdẽ caſibus, quibus περὶ, & idem quod περὶ ſignificat. Dicitur tamen ἀμφ᾽ αὐτῷ, pro illo, ſiue illius cauſa.

ἈΠΌ.

Ἀπὸ ſemper cum genitiuo. ἀπὸ σκοπιᾶς, è ſpecula. ἀπὸ κώπης, à remo. ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, à bis ſeptem undis. ἀπὸ θήρας λύκου, à uenatu lupi. ἀπὸ βαλβίδων, à repagulis. ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, memoriter recitare. ἀπὸ τῆς ἴσης οὐσίας, ex æquis uiribus.

Quandoq; habet uim aduerbij huius ἄποθεν, procul. Hinc fit quòd dicitur, ἀπ᾽ οὔατος, procul ab auribus. ἀπὸ τοῦ σκοποῦ, pręter propoſitum, pręter intentionem & conſilium. ἀπὸ τρόπου, alienum ab honeſtis moribus. Huic opponitur πρὸ τρόπου, quemadmodũ Latinis, è re, opponitur illi, ab re. ἀπὸ καιροῦ, intempeſtiuum.

Dicunt etiã loco aduerbij, ἀφ᾽ ὧν, propterea. ἀφ᾽ ὧν ἔπραττον οὗτοι, id eſt, διὰ τὰ τούτοις πεπραγμένα. ἀπ᾽ ἄρτι, poſt hoc, ex hoc tempore. ἀπ᾽ ἐκείνου, iam, tum, ex illo tempore. ἀπὸ μέρους, aliquãtulum, ex parte. ἀπὸ τότε, ex eo tempore. ἀπὸ ταὐτομάτου, fortuito.

ὙΠΟ.

ὙΠΟ cum genitiuo ſignificat ſub, ὑπὸ κόλπου τὰς χεῖρας ἔχειν, ſub ſinu manũ habere. Aut propter. οὐδ᾽ ὑπὸ πενίας εὐεργετῶ, i. neq; bene facio ꝓpter paupertatẽ.

ὙΠΟ CVM DATIVO.

ὙΠΟ cum datiuo etiã ſignificat ſub, ποιεῖσθαι ὑφ᾽ ἑαυτῷ, uel ποιεῖσθαι ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, in poteſtatem ſuam redigere, poteſtatis ſuæ facere.

ὙΠῈΡ CVM GENITIVO.

ὙΠῈΡ cum genitiuo ſignificat ſup, de. ὑπὲρ σκιᾶς ὄνου, de aſini umbra. Dicūt etiā, ὑπὲρ ἡμῶν, è re noſtra. Aut ſupra, ὑπὲρ καπνοῦ, ſupra fumum. Aut pro, ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, pro Cteſiphon te oratio. ὑπὲρ τοῦ φίλου κινδυνεύω, pro ami co periclitor. Quod idem nonnunquā etiam ſignificat cum datiuo poëtice, ὑπὲρ τῷ φίλῳ κινδυνεύω. Nōnunquam etiam capitur pro cōtra. Sic Homerus, ὑπὲρ σέθεν, pro κατὰ σοῦ dixit.

Cum accuſatiuo, plus, ultra, & omni no exceſſum ſignificat. ὑπὲρ λόγον, ſupra quàm dici poſſet. τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ea q̄ ſunt ſupra nos. ὑπὲρ κατάλογον, ſupra ca talogum: id eſt, eximius. ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, ultra peram ſapere.

Capitur etiam aduerbialiter cum ſuo caſu, ὑπὲρ ὧν, iccirco.

APPENDIX.

Præpoſitiones ſæpe ſubaudiunt̄ Græ cis. ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id eſt, ὑπὲρ ὧν, iraſcitur pro his, quæ paſſus eſt. μηδὲν αὐτοῦ

 κατα-

καταθεὶς, pro μηδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτίσας. σὴν χάριν λέγω, pro πρὸς σὴν χάριν, tua cauſa dico.

Similiter ubicunque δυοῖν θατέρου ponitur in oratione, ut μὴ αἰτεῖ μεγάλα, ἵνα δυοῖν θάτερον, ἢ τυγχάνων λυπῇς, ἢ μὴ τυγχάνων λυπῇ, ſubauditur κατὰ, uel διὰ δυοῖν θάτερον, ac ſi diceret, ne per alterum horum, aut aſſecutus, & c.

Præpoſitiones uerbis compoſitæ propriam etiam ſeruantes ſignificationem, eundem caſum, quem extra cōpoſitionem, poſtulant. κατηγορῶ σου, accuſo te, quia κατὰ σοῦ dicitur. ἀφίσημί σου, abſiſto, ſiue deficio abs te, quia ἀπὸ σοῦ dicitur. Præter poſſeſſiua & acquiſitiua, ἐμφοροῦμαι, ἐντρυφῶ, παραπολαύω σου, fruor te. περιτίθημί σοι, circumpono tibi.

Item κατὰ compoſita etiam intendit cū caſu uerbi. κατεσθίει πάντα, deuorat omnia. κατεῖπέ μοι, enarrauit mihi. Et ſic deſtituitur à proprietate præpoſitiua.

Habet autem ſe ad modū præpoſitionis, cum dicitur, κατειπεῖν ἑτέρου, cōtra alterum

terum dicere: quod tunc iungatur cum genitiuo, quem etiã prępoſitio poſtulat.

Celebre eſt Poëtis præpoſitiones cõpoſitas diſſoluere, per alterius dictionis epentheſim. κατὰ γαῖα κάλυψε, pro γαῖα κατεκάλυψε. ἐκ δ' ἐγέλασσα, pro ἐξεγέλασσα δέ. ἐξ ἔρον ἕντο, pro ἐξέντο ἔρον. Interdũ plures dictiones intercedunt, οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον. Sępe etiam componũt eas cum dictionibus, à quibus reſoluendæ ſunt, ἰθάκην κατακοιρανέουσι, pro κοιρανέουσι κατὰ ἰθάκην.

## DE PRAEPOSITIONVM inuerſione.

INuertuntur prępoſitiones monoſyllabę quidem, in fine carminũ. ὀδυσ. δ. οὐ μέν τι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἔξ, Nõ tamen malus uidet̃, nec ex malis. ἰλιαδ. υ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξὺν, Et uenit Apollo cum Diana. Diſſyllabæ uero & in oratione ſoluta inuertuntur, & in carmine, tono acuto poſito ſupra penultimam, præter διὰ & ἀνά. idq; ne coincidant, hęc quidem cum uocatiuo,

ὦ ἄνα, ô rex. Illa uero cũ accuſatiuo, δία, Iouem.

Cæterum trium temporum diſſyllabæ, hoc eſt, quæ conſtant altera longa, & altera breui, non inuertuntur, uelut ἀντὶ, ἀμφὶ. quemadmodum neq; in quibus ι redundat, ut καταὶ, παραὶ, ὑπεὶρ, tanquam factæ trium temporum.

Porrò ἐν quãdo aſſumit ι, & fit ἐνὶ, inuertitur more diſſyllabarum. ἰλιαδ.α. ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ædibus in noſtris. Et ᾧ ἐνὶ κούρη κοιμᾶται, quo in loco puella cubat. Si inter duo nomina, alterum propriũ, alterum appellatiuum uel adiectiuum, ſit præpoſitio, hãc inuerti neceſſe eſt, ut ante totam conſtruatur orationem, ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, fluuio à Selleente. Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, Xantho in uerticoſo.

Si uero præpoſitio ſit inter nomen & uerbum, ſeu participium, poterit ſecundum diuerſam ſententiam & conſtructionem inuerti, & nõ inuerti, ut ἰθάκην κατὰ κοιρανέουσι. Si enim κατὰ referatur ad ἰθάκην, ſignificans locum, inuertitur hoc

modo,

modo, ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι, iuxta Ithacam dominãtur. Si uero referatur ad uerbum κοιρανέουσι, ut illi maiorem addat emphaſim, non inuertetur. Simile eſt in hoc, εὗρε δὲ πατρόκλῳ περικείμενον. Quod poteſt etiam ſic legi, εὗρε δὲ πατρόκλῳ πέρι κείμενον.

Ad hunc aũt modum fit, ſi inter propria duo, uel appellatiua, cadat præpoſitio, coniunctione ipſam ſequente. νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, nauibus ab, atq; tentorijs. Ἀγαμέμνονος πέρι, καὶ Ἀχιλλέως, Agamemnone de, atq; Achille.

Item, ſi media inciderit, nullaq; alia orationis pars interueniat, modo poſtponatur dictioni, quam debebat præcedere, inuertitur. ᾧ ἔπι πόλλ᾽ ἐμόγησα, q̃ in loco multum laboraui. θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, à dijs conſilia ſciens. Si uero inter præpoſitionem & uerbum, uel nomen ad quod pertinet prępoſitio, intercedat alia pars orationis, non reflectit. τῷ δ᾽ ἰθὺς Τυδείδης ὦρτο, hunc autem Tydides inuaſit. Intercedit enim coniunctio

δὲ, idq; niſi ſit in fine ſententiæ: tunc em̃ inuertitur, etiam ſi quicquam interueniat, πάντων ἐπέπτυσε πολὺ κάτα. omnes autem excreauit multos contra.

Quæ uero patiuntur eliſionem uocalis, non reflectuntur, niſi punctum ſubſequatur, aut ſignificatũ corrumpatur non conuerſæ. ἰλιαδ. τ. στεῦτο γὰρ ἡφαίστοιο παρ' οἰσέμεν ὅπλα, ſtatuebat enim à Vulcano ferre arma. Vnde Poëtę poſt prępoſitionem quandoq; punctum faciũt, Oratores uero non, præterquàm in præpoſitione πρὸς. hanc enim ſolam ante punctum locant: ut in hoc, καὶ μικρόν τι πρὸς, & ad paruum quippiam.

## SYNTAXIS ADVERBIORVM.

ADVERBIA ſi poſt ſe caſum habent, cõſtruuntur cum genitiuo. μάλιστα πάντων, maxime omnium. λάθρα τῶν ἄλλων, clàm alijs. χωρὶς τῶν ἄλλων, abſq; alijs. ἅπαξ, ἢ δὶς τῆς ἡμέρας, ſemel aut bis in die. χάριν ἐκείνου, ἕνεκα

ἐκείνου,

ἐκείνου, quantum ad illum attinet. πότε τοῦ χρόνου; quo tempore? φεῦ κακῶν, heu mala.

Exceptis aduerbijs congregandi, quę datiuo adhærent, ἅμα τοῖς ἄλλοις, unà cū alijs, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ſimul cum alijs. Et iurādi, quæ accuſatiuo, νὴ Δί' οὐκ εἶπον, & μὰ Δί' οὐκ εἶπον, per Iouem non dixi. Quę hoc inter ſeſe differunt, quod νὴ per ſe ſignificat affirmationem, μὰ uero negationem. μὰ Δία, nō per Iouem. νὴ Δία, ita eſt per Iouem. Et νὴ Δί' ἀλλὰ, ualet At ſine, at enim. Et deriuatiuis, quæ primitiuorum ſtructuram ſequuntur. ἄξιος λόγου, dignus ratione. Sic ἀξίως λόγου, dignè ratione. καταφρονῶ τῶν εὐτελεστέρων, contemno abiectiores. ſic καταφρονητικῶς τῶν εὐτελεστέρων, contemptibiliter abiectiorū. ὅμοιος τοῖς ἄλλοις, ſimilis alijs. ſic ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, ſimiliter alijs. καταβεβλημένος τῆς γνώμης, uel τὴν γνώμην, abiectus animo. ſic καταβεβλημένως τῆς γνώμης, uel τὴν γνώμην, abiectè animo.

Exceptis etiam aduerbijs exclamandi, quibus competit conſtructio huiuſmodi

modi, ὢ acutitonum iungitur nominatiuo, ὢ λόγος, ὢ φρενές, ὢ συνέσις, ὢ ἐπιχειρήματα, uerba ſunt admirantis orationem Libanij.

Conſtruitur etiam cũ genitiuo, ὢ θαύματος, ô rei miraculum. Cui quandoque ſubijcitur accuſatiuus. ὢ θαύματος τὴν παρθένον τίκτουσαν τὸν θεόν, ô rei miraculum, uirginem parientem Deum. Sicut etiam Latini dicunt, ô Dij immortales, rem miſeram & calamitoſam. Interdum ſine caſu cõſtruitur, ὢ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω τὴν μνήμην.

Sic Vergilius,

*O cohibete iras.* Et,

*O quæ iam ſatis ima dehiſcat Terra mihi.*

ὦ circumflexum cũ uocatiuo. ὦ Ἄπολλον, ô Apollo.

Vtuntur Græci in inuocationibus genitiuo & uocatiuo eo loco, quo Latini accuſatiuo & uocatiuo. ὦ Ἄπολλον εὐδαιμονίας ὑπερβολῆς, ô Apollo, magnam felicitatem. Quem uocatiuum mutãt interdum in genitiuum, præcedente præ-

poſitione

poſitione πρὸς, ὦ πρὸς τῶν θεῶν τῆς συμφορᾶς. ô Dij, rem calamitoſam.

Φεῦ cum genitiuo. φεῦ τῆς ἀτιμίας, heu ignominiam.

Οἴμοι, recto & genitiuo. Recto, οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα, heu infelix, ut perij. Genitiuo. Lucian. οἴμοι τῶν ἀγρῶν, uerba ſunt deplorantis agros perditos. Ponitur etiam ſine caſu, οἴμοι, hei mihi.

Loco exclamationis ponitur nõnunquam ſolus genitiuus, ut dictum eſt ſuperius.

ἌΡΤΙ.

Ἄρτι conſtruitur omnibus temporibus, dempto futuro. ἄρτι ποιῶ, ἐποίουν, ἐποίησα, πεποίηκα, &c.

ΑὖΘΙΣ, & ΕἸΣΑΕΊ.

Αὖθις & εἰσαεὶ adſciſcunt futurum. εἰσαεὶ ἔσαι κίνησις, ſemper erit motus. αὖθις διδάξω, rurſus docebo.

ΑὐΤΊΚΑ.

Αὐτίκα conſtruitur omnibus temporibus, dempto futuro.

ἝΩΣ.

Ἕως, quandiu, gaudet indicatiuo. ἕως ἔζη, quandiu uiuebat.

Et coniunctiuo. ἕως κρύπτηται, quandiu

diu occultetur. ἕως ἂν coniunctiuo: & ubi loquimur de re præterita, optatiuo. ἕως ἂν γένηται, quandiu fiat. ἕως ἂν γένοιτο, quandiu fieret.

Conſtruitur etiam ἕως, & ἕως ἂν, infinitiuis. ἕως παρατείνεσθαι, donec porrigam.

ΜΈΧΡΙ.

ΜΈΧΡΙ & ἄχρι ad hũc ferè modum conſtruuntur cum cæteris orationis partibus, μέχρι παντὸς, ſine præfinitione temporis. ſicut διὰ παντὸς. μέχρι τινὸς, quouſque. μέχρι ζωῆς, per totam uitã. μέχρι πρὸς, uſq; ad. μέχρι πρὸς τὸ τέλος, uſq; ad finẽ. μέχρι πόῤῥω, diu. μέχρι πρώην, nuper primum. μέχρις ἐνταῦθα, μέχρις τοῦδε, hactenus. μέχρις οὗ ἂν, quoad. μέχρι περ ἂν οὗ, quouſq;. μέχρις ἂν, & ἄχρις ἂν, quãdiu. μέχρι οὗ, & ἄχρι οὗ, quoad, quouſq;. Et conſtruitur plerunq; indicatiuo, μέχρι τοῦ, & ἄχρι τοῦ, uſquequo. Præponitur infinitiuis, μέχρι τοῦ, uel ἄχρι τοῦ καὶ ἐρυθριᾶν, uſquequo erubeſcerem.

ΝΥ͂Ν.

ΝΥ͂Ν omnibus temporibus accõmodatur, præter pluſquamperfecto. νῦν παραγράσομαι,

ϱάσομαι, νῦν πειρᾶτ, νῦν ἐξαπόλωλε, νῦν ἐπόνουν, νῦν γίνωσε. Et non eſt inchoatiuum orationis, ſed ſemper coniunctioni δὲ coniungitur. ὤμην τοῦτ᾽ ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τούτων εἴρηκε.

ἬΔΗ.

Ἤδη, quando ſignificat tempus, ſolum conſtruitur imperfecto, ἤδη ἔγραφον. & indefinito, ἤδη ἔγραψα. & pluſquamperfecto, ἤδη ἐγεγράφειν.

ΠΆΛΑΙ.

Huic ſimilem conſtructionem habet aduerbium πάλαι.

ὍΤΕ & ΤΌΤΕ.

Ὅτε & τότε conſtruuntur omnibus temporibus, præterquàm perfecto. ὅτε νοῶ, ὅτε ἐνόουν, ὅτε ἐνενοήκειν, ὅτε ἐνόησα, ὅτε νοήσω, ſed non ὅτε νενόηκα.

ὉΠΌΤΑΝ.

Ὁπόταν, cum ſit ſermo de re præterita, iungitur optatiuo, τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; nam quid ageres cum diuinitus cogerere?

ΣΉΜΕΡΟΝ.

Σήμερον, omnibus temporibus adiungit,

adiungitur, præterquàm pluſquamper-
fecto & futuro.

ΟΥΔΈΠΟΤΕ.

ΟΥΔΈΠΟΤΕ ſolum conſtruitur præterito. τοῦτ᾽ οὐδέποτε ἐγένετο, hoc nunquã contigit.

ΠΡΊΝ.

ΠΡῚΝ, conſtruitur præterito indicatiui. πρὶν εἶπεν, priuſquam dixit. Et infinitiuo, πρὶν εἰπεῖν, priuſquam diceret. Quod etiam fit intercedente ἢ. Matth. 1. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, priuſquam ipſi cõuenirent. Quemadmodum interuenit ἂν, cum additur coniunctiuo in re futura, aut optatiuo in re præterita. πρὶν ἂν γένηται, priuſquàm fiat. πρὶν ἂν γένοιτο, priuſquàm fieret.

Iungitur etiam πρὶν ἢ optatiuo & coniunctiuo in re præterita. πρὶν ἢ γένοιτο, & πρὶν ἢ γένηται, priuſquàm fieret. Iungiť etiam in eodem ſenſu indicatiuo, πρὶν ἔλυσε, priuſquàm abſolueret.

Quemadmonum nominibus ποῖος, πόσος, πηλίκος, reſpõdent οἷος, ὅσος, ἡλίκος. Sic aduerbijs πημος, τότε, τέως, τηνίκα,

κα, τόφρα, reſpondent ἧμος, ὅτε, ἕως, ἡνί-
κα, ὄφρα. Et in ſyntaxi ſeſe mutuo præce
dunt & ſequuntur, quemadmodum il-
la nomina. τόφρα δ᾽ ἐπὶ τρώεσσι τίθει κρά-
τος ὄφρ᾽ ἂν ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι. euſque
Troianis uires adde, quouſq; Græci fi-
lium honorent meum.

LOCALIA.

Atticis aduerbiorum localium circũ-
ſtantiæ confunduntur, ita ut quæ ſignifi
cant ad locum, ponantur pro ſignifican
tibus in loco, & contrà. ut ἔνδον, pro εἴσω.
ἔνδοθεν, pro ἔνδον. Quo modo Vergilius,
*Eiectum littore egentem Suſcepi*, dixit, pro
Eiectum ad littus.

Aduerbijs de loco addunt nonnun-
quam præpoſitionem ἐξ, quãquam per
ſe eam includant. Dicunt enim, ἐξ ἐμέ-
θεν, pro ἐμέθεν. ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανόθεν.
hoc fit ſecundum eum tropũ, quo con-
iungũt æquiualentia, ſicut & τήμερον ἡ-
μέραν, pro σήμερον. & βάσκ᾽ ἴθι, pro ἴθι.

QVALITATIS.

Aduerbia qualitatis gaudent his uer-

K bis,

bis, ἔχω, διάκειμαι, & ſimilibus. ἐνδεῶς ἔχω, indigeo. πονήρως ἔχω, uel διάκειμαι, male affectus ſum. Quibus addi poteſt genitiuus, ſignificans id quod afficitur. οὕτως ἔχω γνώμης, ſic animo affectus ſum. πονήρως ἔχω τοῦ σώματος, male affectus ſum corpore.

## ΠΛῊΝ.

Exceptionis aduerbium πλὴν, quando conſtruitur cum genitiuo, ualet præter. πλὴν ἄλλων, præter alios. Sine genitiuo quandoq; ſignificat præterquàm. Lucianus de ſacrificijs, αἱ δὲ θυσίαι αἱ παρ᾽ ἐκείνοις αἱ αὐταὶ, πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, ſacrificia apud illos ſunt eadem, preterquàm quod hoſtiam lugeant.

Quādoq; uerū, ueruntamen. Matth. 26. παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, tranſeat à me calix hic, ueruntamen nō ut ego uolo. Quod idē nonnunquam ſignificat, ubi conſtruitur cum ἀλλά. Lucian. in Iudi. dearum, οὐκ ἰδοὺ δώροις τὰ ἡμέτερα, πλὴν ἀλλ᾽ ἄπιθι, ueruntamen abi.

Nonnunquam etiam abundat in oratione

tione, ueluti cum πλὴν ἀλλ' ἤ, ponit pro ἀλλ' ἤ. & πλὴν εἰ μὴ, pro εἰ μὴ. ut Ariſtot. 1. Metaph. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, is qui medetur non ſanat hominem, niſi per accidens. Sic etiã χωρὶς εἰ μὴ, nõ plus ualet ꝙ̃ εἰ μή.

His contrarium eſt in aduerbio ſimilitudinis οὕτω, quod frequẽter nõ expreſſum ſubauditur, ut Matth. 6. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, fiat uoluntas tua quemadmodum in cœlo ita & in terra. Et Ioannis 20. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, pro καὶ οὕτως ἐγὼ πέμπω ὑμᾶς, quemadmodum miſit me pater, ita etiam ego mitto uos. Dicitur etiam οὕτως ὄναιο, quod eſt bene precantis, ſicut Latinis, macte uirtute.

ὩΣ.

ὩΣ præponitur ſuperlatiuis, ὡς λαμπρότατον, quàm ſplendidiſſimum. ὡς τάχιστα, ſimul ut. Quod etiam fit intercedẽte ὅτι, ὡς ὅτι λευκότατον, perꝗ̃ candidũ.

Quãdoꝗ etiam poſtponitur, & tum ſignificat λίαν, ὑπερφυῶς μὲν οὖν ἔφη, ὡς βουλομαι

λῶμαι, magnopere, inquit, cupio. θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονε, mirum in modum miſer factus eſt. θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα, mirum in modum petij. In quo etiã ſignificato nonnunquam præponitur. ὡς ἀληθῶς, quàm uere. ὡς ἑτέρως, longe aliter.

Si uero præponatur infinitiuo, ualet ὥστε. οὕτως ἐστὶν ἀπαίδευτος, ὡς μηδὲν εἰδέναι, tam eſt ineruditus, ut nihil ſciat.

Atticis autem conſtruitur accuſatiuis pro πρὸς, & pro εἰς. ὡς Λακεδαιμονίους, ad Lacedæmonios. ὡς Μακεδονίαν, ad Macedoniam.

ὩΣ.

ὩΣ acutitonum idem eſt quod ὅπως. Vnde illud, ἔστιν ὡς, pro quodammodo & quadantenus ponitur, ut dictum eſt ſuperius.

ὩΣΤΕ.

ὩΣΤΕ aduerbium digreſſiuũ cõſtruitur indicatiuis. ὥστε λέγει, itaq; dicit, idq; Attice. & optatiuis. ὥστε λέγοι ἄν, itaq; dicat. & infinitiuo, ὥστε λέγειν.

Significans autem ſimilitudinem aut æquiparantiam, cõſtruitur tam poſt nomen,

men, quàm poſt aduerbium. Poſt nomen, ut τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε καὶ νοεῖν, καὶ λέγειν τὰ δέοντα, talis eſt ut cogitet, & dicat quę oportet. τηλικοῦτός ἐστιν, ὥστε πάντας ὑπερβάλλειν, tantus eſt, ut omnes ſuperet. Poſt aduerbium, οὕτως ὥστε πάντας θαυμάζειν, ſic, ut omnes admirentur.

## DE NEGATIVIS ET prohibitiuis.

In orationibus negatiuis Græci plerunq; præponunt negationem utrique uerbo, quam Latini duntaxat alteri præponunt. οὔ φημί σε εἰδέναι, pro φημί σε οὐκ εἰδέναι, dico te neſcire. μὴ προσποιοῦμαι τοῦτο εἰδέναι, pro προσποιοῦμαι τοῦτο μὴ εἰδέναι, diſſimulo hoc ſcire. οὐκ ἀξιῶ τοῦτο ποιεῖν, ꝓ ἀξιῶ τοῦτο μὴ ποιεῖν, indignum puto hoc facere. οὐ νομίζω εἶναι, pro νομίζω μὴ εἶναι. οὐκ οἴομαι δεῖν, pro οἴομαι οὐ δεῖν. & ſic de alijs.

Quod ſi quandoq; inueniatur negatio poſtpoſita uerbis, hoc fit per figurã apoſtrophen. κοιμησόμεθα οὐ, pro οὐ κοιμησόμεθα.

Οὐ ſi præcedit dictionem incipientē

à uocali non aſpirata, ſcribitur οὐκ. οὐκ ἔχομαι, οὐκ ἐποίησα, οὐκ ἔστιν. Si uero pręcedat eam, quæ incipit à uocali aſpirata, ſcribitur οὐχ. οὐχ ἡμεῖς, οὐχ ὁρᾷς, οὐχ ἕλκεται. Sed ſi præcedat inchoatam à conſonante, ſcribitur οὐ, ut οὐ ποιεῖς, οὐ λέγω.

In hunc ferè modum cõſtruitur negatio οὐ, cum cæteris orationis partibus peculiariter. ὅσον οὐ, ὅσον οὔπω, μόνον οὐ, pro ſe mè, circiter. ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, pro quàmprimum, iamiam. οὐ μόνον δὲ, dicunt pro, neq; hunc ſolum, uel neq; has ſolas, uel neq; hic ſolus, uel neque hęc ſola: & ita per omnia genera, & per omnes caſus. ἀπέκτεινε τοὺς φίλους, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα, occidit amicos, et non hos ſolum, ſed etiam patrem. ἀπολείπονται γείτονες πάντες, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, relinquuntur omnes uicini, & non hi ſolum, uerum etiam pater.

οὐδ᾽ ὁτιοῦν μᾶλλον, Atticis capitur pro οὐδαμῶς, uel potius pro nihilo magis. τοῦτο μὲν εἰδὼς οὐδ᾽ ὁτιοῦν μᾶλλον ἠπιστάμην γράμματα, hoc cum nouiſſem, nequaquam, uel nihilo magis

magis nouiſſem literas.

Compoſita ex negatione & nomine numerali nonnunquam ſoluuntur, & quandoq; per tmeſim, οὐδὲ εἷς, pro οὐδεὶς. οὐδὲ ἕν, pro οὐδέν. οὐδ' ἂν εἷς, pro οὐδεὶς ἄν. μηδ' ἂν εἷς, pro μηδεὶς ἄν. μηδ' ἂν μία, pro μηδεμία ἄν. οὐτὶ οὖν, nullum penitus. οὐδ' ὅτι οὖν, nihil quicquã. οὐχ ὅσον, οὐχ οἷον, nedũ. οὐκ ἔσθ' ὅπως, nullo pacto, ut οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ, fieri non poteſt quin ſis. οὐκ ἔσθ' ὅτι, nihil. οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, in nullo. οὐκ ἔστιν οἵ τινες, nulli. οὐ γάρ, nónne, an non. οὐ γὰρ δή, ualet abſit. Pro quo etiam capitur, οὐκ ἀγαθέ, abſit. οὐ γὰρ ἄν, alioqui nõ. οὐ γὰρ ἄν πω, & οὐ μὲν δή, nequaquam, minime uero. οὐ γὰρ ἀλλά, enimuero, uerũ enimuero. Ponitur enim abundãte negatione pro καὶ γάρ, ut, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ne cauillare, etenim male habeo. οὐ γὰρ ὅπως, non enim hoc modo, neq; enim tantummodo.

οὐχ ὅπως, non ſolum, non ſolum non, ſignificat etiam non ut. Et pro eo οὐχ ὡς ſæpe dicitur.

μὴ ὅτι, non ſolum, nõ ſolum non. Idẽ ſignificat οὐχ ὅτι, quod etiã capitur pro non quod, & tum ſolum cõſtruitur indicatiuo. οὐχ ὅτι μὴ, non quin. οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι, non quin honeſtum eſſe cenſeam. οὔχι, nequaquã. οὔτι, id eſt, οὐ. abundat enim τι, ſicut in πάνυ τι. οὔτι πω, an forte, num forte.

οὐ μὴν ἀλλὰ, uel οὐ μὴν ἀλλά γε, enimuero, at uero, quin etiã, ſed tamen. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἔστω, uerum eſto, ſed ſit ſanè, quod non concedentis eſt. Interdum per tmeſim profertur, οὐ μὴν αὐτός γε, ἀλλὰ, pro οὐ μὴν ἀλλὰ αὐτός γε.

Quod ſi ex οὐ μὴν ἀλλὰ, tollatur ἀλλὰ, iam erit negatio, οὐ μὴν, nec uero.

Quandoq; dicunt, οὐ μέντοι ἀλλὰ, & οὐ μέντοι ἀλλά γε, pro ueruntamen.

οὐ μὲν οὖν γε, non quidem. οὐ μενοῦν, certe non, ueruntamen non.

οὔτε μὴν, οὐδὲ μὴν, nec uero, nec tamẽ. οὐ μήν πω, haud dum tamẽ. οὐ μὴν οὐδὲ, οὐ μὴν οὔτι, non tamen, ueruntamen nõ.

Quãdoq; fit apud Græcos, ut duæ ne-

gationes affirment, ſicut Latinis. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετε μοῦ τὰ χρήματα, certe uos habetis pecuniam meam. Ariſtoph. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ κ' τῆς οἰκίας, nullo modo non eijciam domo: hoc eſt, omnino eijciam & abdicabo.

Verum ut plurimũ duæ negationes uehementius negant, uel altera abundat. οὐ μὴ ποιήσω, nequaquã faciam. Sic Ioan. 15. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, ſine me non poteſtis facere quicꝙ̃. Homerus, οὐ μὰ γὰρ ἀπόλλωνα, negationis habet repetitionẽ. Nec eſt ſimilis loquendi ratio in ναὶ μὰ. nam μὰ per ſe negat, ut μὰ Δία, non per Iouem. ναὶ μὰ uero affirmat. ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, pro νὴ τόδε σκῆπτρον, per hoc ſceptrum. quo in loco μὰ abundat.

οὐδαμῆ οὐδαμῶς, nullo prorſus pacto. Hic etiam negatio altera uidetur ex ſuperfluo addita, & eſt ſolũ ἀρνητικόν. Verum μηδαμῆ μηδαμῶς, idem ſignificat. Sed ἀπαγορευτικὸν etiam eſſe poteſt.

His opponitur πάντῃ πάντως, uſque-

quacꝫ. Et οὐ γὰρ ἀλλὰ, ex abundãtia negationis capitur quandoque pro καὶ γὰρ. Ariſtoph. in Ranis, μὴ σκῶπτε, ὦ γαθ' ἀλλ' ἔχω κακῶς, ne cauillare, etem̃ male habeo.

Similiter in hoc, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, nequaquam, multum abeſt, uirtute geminat̃ negatio, ut patet cum dicitur, ταῦτα μήπω γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, hæc nondũ facta ſunt, & multum abeſt ut fiãt. Nam nihil refert, ſi negationem auferas, & dicas, ταῦτα μήπω γέγονεν, καὶ πολλοῦ δεῖ, & multum abeſt ut fiant. Quin & cõtraria dictione idem ſignificatur, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, necꝫ parum intereſt, id eſt, multum abeſt. Quia hic negatio uim ſuam ſeruat, quæ in illo, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, ornatus cauſa & Attice ponitur.

Fit etiam ex abundaniia negationis, quod Attici addant negationes uerbis, quæ per ſe ſunt negatiua, qualia ſunt ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνοῦμαι, ἐπέχω, &c. ἔξαρνός εἰμι μὴ ποιῆσαι, nego me feciſſe. κωλῦσαι μὴ ἐξάγειν, uetare quo minus exportent. οὐκ ἐξαρνοῦμαι, μὴ γεγονέναι ἐρωτικὸς,

non

nõ eo inſitias, me in amorem fuiſſe procliuem.

In locutionibus quoq;, quæ per infinitiuum efferuntur, geminatur quandoq; negatio per μὴ οὐ, uel μὴ οὐχὶ, ut οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, nõ poſſes negare, quod ſis filius meus. οὐ θέμις, μὴ οὐχὶ πρόθυμος εἶναι τοῖς φίλοις, nefas eſt q̃d non ſis paratus amicis. Quæ duplicatio negationum quandoq;, ſeruata eadẽ conſtructione, ſignificat niſi. μὴ ἔλπιζε τὸν θεὸν ἐλάσκεσθαι, μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι κακίας, hoc eſt, ἢν μὴ ἀπέχῃς. In qua locutione ἐφ᾽ ᾧ, uel ὥστε ſubaudiri uidetur, quaſi dicatur, ἐφ᾽ ᾧ μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι.

Significat etiam ſeruata eadem conſtructione, quin, quo minus. τὸν γὰρ ἕτερον ὀφθαλμὸν οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, nullo pacto fieri poteſt, quin alter oculus obtuſius uiderit.

Conſtruitur etiã μὴ οὐ, uel μὴ οὐχὶ, quando ſignificat quin, uel niſi, cum participio. οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθευσάμενος, non eſſet credendũ,

quod dico, niſi prius uera dixiſſem. οὐ γὰρ ἐκεῖνα ἀνατραπείη, μὴ οὐχὶ καὶ τούτων ἀναπεσόντων, ruere illa non poſſunt, quin & hæc concidant.

Item, ponitur pro non etiam, quãdo conſtruitur cum infinitiuo, addita ὥστε cõiunctione. τόδε οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ ὥστε πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα, illud nequaquã facile ſit, ut qui in alios multa mala committit, non etiã patiatur & ipſe multa alia. Quod etiã per alteram tantũ negationem dici poteſt, μὴ ὥστε πάσχειν αὐτόν, uel οὐ καὶ πάσχειν αὐτόν, non & patiatur & ipſe.

Inueniuntur etiam μὴ οὐ, uel μὴ οὐχὶ conſtrui indicatiuis, pro nequaquã. Ariſt. 2. Politicon, μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς ἑαυτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν, nequaquam temerariũ eſt, quod ſibi ſit unuſquiſq; amicus.

Quod ſi has particulas inuertas, ut ſit οὐ μὴ, ſubiunctiuum ferè poſcunt, raro etiam indicatiuum, aut optatiuum, eodem ſignificato, hoc eſt, pro nequaquã. Lucian. θάῤῥει, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, δικαιοσύνης

καιοσιώνης ταύτης παρούσης. confide, haud quaquam enim iniuſtum fieri poteſt, cum iuſtitia adſit. Cum indicatiuo, οὐ μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μήποτε βελτίους ποιήσετε, prauos nequaquam reddetis meliores.

Cum optatiuo, οὐ γὰρ μήποτε κατισχύσειε τοῦ πεφυκότος, nequaquam præualere poſſet aduerſus ea quæ accidunt.

Sicut Atticis quandoq; abundat negatio, ita etiã eiſdem ſæpe deeſt & ſubauditur. Sic Demoſt. περὶ παραπρ. πῶς γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται dixit, pro πῶς οὐδὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀπολογήσεται.

Μὴ negatiuum, iungitur indicatiuo in præteritis & in præſenti. δέδοικα μὴ λελήθαμεν, uereor ne non intelligamus. δέδοικα μή πού καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν, uereor ne te quippiã horũ cõturbarit. In præſenti, φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι.

Iungitur etiam μὴ, ſimiliter ὅπως μὴ, & ὡς μὴ, optatiuis. ἐγὼ σοῦ κήδομαι, μὴ, uel ὅπως μὴ, uel ὡς μὴ ἀδικοίης, ego gero curã tui, ne quis afficiat te iniuria. Similiter coniunctiuis ἐλλειπτικῶς, deficiente ſcilicet

cet σκόπει, uel ὅρα, aut alio ſimili uerbo, ἀλλὰ μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς, uel ſic, ἀλλ' ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς, ſed uidendum nobis, ne per imprudentiam erremus.

Et accipitur ſæpe μὴ, pro οὐ, ſed nunquam οὐ pro μὴ. μὴ ἀπαγορευτικῶς conſtruitur omnibus modis, dempto indicatiuo. μὴ λέγε, ne dic. μὴ γνῷς, ne noſcas. μὴ γνώῃς, ne noueris. μὴ γνῶναι, ne noueris.

Dum eſt interrogatiuũ, iungitur indicatiuo, μὴ θέλεις φαγεῖν; an non uis comedere?

Vt μὴ conſtruitur ἀπαγορευτικῶς, & οὐ ἀρνητικῶς: ſic eorum compoſita, uidelicet μήτοι, μήτοιγε, μήποτε, & ſimilia, ἀπαγορευτικῶς. Et οὔτοι, οὔποτε, οὐδῆτα, & alia huiuſmodi, ἀρνητικῶς. atque apagoreutica, pro arneticis accipiuntur, non contrà arnetica pro apagoreuticis.

Coniungitur μὴ cæteris orationis partibus in hunc ferè modum, μῶν μὴ, nónne. μήτις, num quis. μήτι, nũquid, uel ne quid. μήποτε, an, conſtruit non tã percunctanter, quàm dubitanter, ἀλλὰ μήπο

τε οὐ τοῦτο ᾖ τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον; an potius non hæc cauſa eſt, ſed ſupra dicta: μήποτε ἄγαν εὐήθες ᾖ, haud ſcio an ſtultum ſit.

Conſtruitur coniunctiuis & indicatiuis, unde licet dicere, μήποτε λέγετε, uel μήποτε λέγητε.

Eſt etiam quandoq; negatiuum, uel optatiuum, μήποτε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν τῆς ἀρετῆς, abſit ut tantum negligamus uirtutem. Capitur etiã pro οὐδέποτε, nunquã. μήτοιγε, nequaquã, ſaltẽ, certe. ὅτι μὴ, niſi. μήτι, μήτι δὴ, μήτι γε, μήτι γε δὴ, μήτε δήγε, μήτοι γε, μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι, ualent nedũ. Et huic poſtremo reſpondet in conſtructione, ἀλλὰ, ut μὴ ὅτι καλὸν, ἀλλὰ κάλλιστον, nõ ſolum honeſtum, ſed honeſtiſſimũ.

μὴ γὰρ ὅτι, non ſolum enim. μὴ δῆτα, abſit: ut μὴ δῆτα φίλε, hoc eſt, abſit, ut hoc facias amice. Ponitur etiam pro dij auertãt, dij meliora. Pro hoc etiã ponitur μὴ γὰρ δὴ, uel μὴ γάρ γε, ut μὴ γὰρ δὴ γνώμης ἡμῶν κατίσχυσειε ἡ τύχη, abſit enim ut præualeat propoſito noſtro fortuna.

ὅπως

ὅπως μὴ, pro μὴ ponitur. Lucian̄. in Iudi. dearum, ὅπως μὴ χαλεπῶντε δικαστῇ, ne moleſti ſitis iudici.

CONIECTANDI.

Aduerbia coniectandi iunguntur indicatiuis, ἴσως ἐρῶ, fortaſſis dicā. Quod ſi optatiuo iungantur, aut coniunctiuo, non fiat ſine coniunctione ἂν expreſſa, uel ſaltem ſubaudita. ἴσως φαίη ἂν, forſan dixerit. ἴσως ἂν ἔλθω, forſan uenero. quod commune eſt omnibus aduerbijs cum uerbo conſtructis.

εὖ ἂν ἔχοι, bene habeat. πόῤῥω ἂν εἴη, procul abſit. νὴ Δί᾽ εἴποιμ᾽ ἂν, per Iouem dixerim, & ita in alijs.

Imperatiuis uero non conſtruunt̄ aduerbia coniectandi. non enim dicitur, τάχα γράφε, τυχὸν λέγε.

INTERROGANDI.

Interrogandi aduerbia præponunt̄ uerbis. πόθεν πορεύῃ; πότε ἦλθες;

Quod ſi quando poſtponant̄, id fiet per figurā apoſtrophen. ἔρχῃ πότε; ὑπάγεις πόθεν; Quæ figura frequentius fit

in

in aduerbio πῶς, ut ἔσαι δὲ τοῦτο πῶς; at hoc quónam pacto fieri poterit? γενήσεται δὲ πῶς; at id quónā modo euenturū eſt.

Ponitur etiam πῶς interdū non interrogatiue, ſed emphaſeos gratia, ſignificans plurimum, & quaſi admirabunde profertur, ἐγὼ δὲ τοῦτο τὸν τρόπον πῶς εἰμὶ ἀεί, at ego mire hoc ingenio præditus ſum.

πῶς οὔ, in reſponſionibus aſſentionem ſignificat, πῶς γὰρ οὔ; quid ni? πῶς οὐκ ἀδικεῖς; nónne tu improbus es? πῶς οὐκ αἰσχρόν; nónne turpe eſt? πῇ; q̃modo? qua ratione? Huic reſpondet πῇ, ut dictū eſt.

Cum autem apponit μὲν, & δὲ, ſignificat partim, πῇ μὲν διαφέρει, πῇ δὲ ὁμοίως ἔχει, partim differt, partim ſimiliter ſe habet: quod etiam ſignificat, τῇ μὲν, τῇ δὲ, ut dictum eſt ſuperius.

πῶς & πῇ dum accipiuntur interrogatiue, circumflectuntur, alia uero acuuntur in penultima: dum uero capiuntur indefinite, loci aut figurę aut modi ſignificatiua, inclinantur, niſi fuerint triſyllaba. Nihil enim inclinatˉ, quod ſit plus

ꝗ diſſyllabum. πόθεν ἔρχῃ; unde uenis? ἐρχόμενος δὲ ποθεν, alicunde ueniens. πῶς ἔχει, quo modo habet. οὕτω πῶς ἔχει, ſic habet. πότ' ἦλθες; quando uenisti? ἦλθον δὲ ποτε, ueni aliquādo. Et hoc pacto frequenter postponitur ποτε, dictionibus infinitis, mediante cōiunctione δὴ, ὁποσοσδήποτε, quantuſcunq;. ὁποστοσδήποτε, quotuslibet. ὁπότερος δήποτε, uterlibet. ὁπόποτε, ὁπουδήποτε, ubicunq;. ὁπωσποτε, ὅπως δήποτε, ὅπως δήποτ' οὖν, ὅπῃ δήποτε, quouis modo, quomodocunq;, utcūq;. ὃ δήποτε, ἃ δήποτε, ὅτι δήποτε, quoduis. ποῖος δήποτε; interrogatiue, qualis tādē?

OPTANDI.

Εἴθε, & αἴθε, aduerbia optādi cōſtruuntur uerbis optatiui modi, εἴθε γράψειεν, utinā ſcriberet. αἴθε γράφοιμι, utinā ſcriberē.

Cum autem adduntur indicatiuis, faciunt, ut optatiuā recipiant conſtructionem. εἴθε ἔγραψεν, utinam ſcripſiſſet. εἴθε ἐξῆν ποιεῖν, utinam licuiſſet facere. αἴθ' ὄφελες, habet quidem ſignificationem optationis, uerum hoc differt ab alijs optandi

di aduerbijs, quod ſemper conſtruatur in ſecunda perſona. Ἰλιάδ. α. αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων ἧσθαι, utinam ſederes.

Dicitur etiam ὡς ὄφελες. interdũ enim ὡς additur, interdum non addit. Dicunt præterea, εἰ γὰρ ὄφελον, pro ὄφελον.

## SYNTAXIS CONIVNCTIONVM.

CONIVNCTIONES nõ modo reliquas orationis partes cõnectẽdi uim habẽt, uerum etiam inter ſeſe: & unà cũ aduerbijs uarie connexa, uariam obtinent ſignificationem & conſtructionem, quarum hic aliqt ſubijciemus exẽpla. ΑΛΛᾺ.

Ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ νὴ δία, uel νὴ δί' ἀλλὰ, id eſt, at enim. ἀλλ' οὖν, ſaltẽ, tamen, potius. ἀλλὰ μή; nũquid? Quãdoq; nõ interrogatiue, pro non autem. ἀλλὰ δὴ καὶ, quinimo, atq; etiam, eſto, concedendi. ἀλλά τοι, atqui, at uero. ἀλλὰ μὴν, atqui, at uero. In principio orationis ſignificat

enimuero, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, neq; uero, ſed neq;. ἀλλ᾽ ἤ, ſed nunquid. ἀλλ᾽ ὅτι; ἀλλ᾽ ὅτι ἤ; utrum? nunquid? ἀλλ᾽ ὅτι, niſi quod, q̃ quod, ut οὐχ ἕτερον, ἀλλ᾽ ὅτι, non aliud, niſi quod, uel quàm quod. ἀλλ᾽ εἴπερ, de quo dicetur poſtea. ΔΈ.

ΔΈΓΕ, δέπου, δέπι, autem. ἡ δὴ, porrò autem, ut ἐὰν ἡ δὴ συμφέρει, porrò autem ſi conferat, μεταβατικὸν ὄντι. ΜΈΝ.

ΔΈ & μὲν ſeſe in oratione mutuo conſequuntur, ſic ut μὲν quidem præcedat, ἡ uero ſequatur. οὗτος μὲν λαλεῖ, ἐκεῖνος ἡ σιωπᾷ, hic quidem loquitur, ille uero ſilet.

ΗΜΈΝ ΗΔΈ.

Similiter ſeſe conſequuntur eorũ cõpoſita, ἠμὲν & ἠδὲ, quæ quidem ſunt inchoatiua orationis, & ἠμὲν quidem præcedit, ἠδὲ uero ſequitur. ἠμὲν ὅσοι ναίουσι οὐρανὸν, ἠδὲ ὅσοι κληρῶσαντο χθόνα, & quicũque habitant cœlum, & quicunq; ſortiti ſunt terram. ΜΈΝΤΟΙ.

ΜΈΝΤΟΙ uero ſanè aſſentientis eſt, interdum ornatus cauſa magis quàm ſignificationis ponitur, uel explendę orationis

tionis gratia, ut τοῦτο μέντοι τοιοῦτο, hoc ſa=
nè tale eſt. Sic Ariſtoph. in Pluto, καὶ
ταῦτα μέντοι ταῦτα, quæ locutio eſt Atti
ca, pro eo quod eſt, Atque hæc quidem
ſunt huiuſcemodi, uel ita ſe habent:
clauſula eſt ſuperioris ſermonis, & trã=
ſit ad alium. Dicitur etiam ſic, καὶ ταῦτα
μέντοι ταύτῃ, ſed de his hactenus.

Accipitur etiam μέντοι, ut reſpondeat
particulæ μὲν, ſic ut μὲν præcedente, ſe=
quatur μέντοι, poſitum pro δέ.

Eſt etiam aduerſatiuum, ſicut Latinis
uerum.

MENT' ἌΝ.

MENT' ἂν, atqui, at. δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον, atqui iuſte morte affectus fuiſſem. μαίνοιτο μέντ' ἂν, at inſaniret. μὲν οὖν γε ναὶ, quinimo, uere, atqui. μέντοι πω, μέντοι γε, nimirum, tamen.

KAI.

KAI præponitur dictionibus in oratione, τε uero ſequitur inclinata, θεῶν τε, καὶ ἀνέρες, diiq; & uiri. & ita inter ſeſe cõſtruuntur, ut τε præcedat, καὶ ſequatur.

καίτοιγε, καίτοι, atqui, etiã, uerum, ſed, quanquam, & quidem, proinde, itaq;.

& δὴ, cōtinuo, protinus, hoc eſt, ideo. καὶ μὴν, atqui. & Atticis ſæpe geminaē, καὶ μέν τοι &, atq; etiam. καὶ γὰρ & ἐγὼ, etem ego quoq;. καὶ δὴ &, equidem etiam. καί τι καὶ, atq; adeò. καὶ γοῦν αὖ &, & rurſus etiā. & ἵνα δὴ καὶ, & ut etiā. & μὴν καὶ, quin etiā. & ἔγωγε καὶ αὐτὸς, & ego ipſe. Nam καὶ Atticis quidem περιέλκει.

KἌN.

KἌN, pro & ἐὰν, & ſi, uel quod ſi, uel ſin, conſtruitur coniunctiuis. κἂν ἀναγκασθῇ, quod ſi cogatur. Cum uero ſignificat quamuis, gaudet optatiuis, etiā ſi tanquā de præſenti ſermo ſit. Quomodo & Plato ſecūdo de repub. de cane loquens, ὃν δ᾽ ἂν γνώριμον ἴδῃ ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι, quemcunq; conſpexerit notum, ſalutat, quamuis nihil unquā ab eo ſuſceperit boni. Cum autem ſignificat atq; adeò, uel etiam, iungitur etiā optatiuo, atq; indicatiuo. Indicatiuo, κἂν ἐπῄνουν, & στεφανοῦν ἐκέλευον, ego laudaſſem, & coronādos cenſuiſſem. Optatiuo, Ariſtoph. κἂν προσκαταθείην γ᾽ ὥστ᾽ ὀμόσαι τριώβολον.

τριώβολον. Significat etiam ſaltem.

Et quando ſæpe geminatur in oratione, ponitur pro ſiue. Eſt etiam quandoque particula potentialis. ΚἊΝ ΕἸ.

ΚἊΝ ΕἸ indicatiuo iungit, κἂν εἰ πάντα ταῦτα ὑπῆρχεν, & ſi in eo omnia hæc eſſent.

Ponitur etiam cum optatiuo, & per tmeſim. κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκοι τὶς, et ſi impietatem condemnet quis. Vnde frequens eſt apud Ariſtotelem, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, & ſi quid aliud ſimile.

ΚἊΝ ΕἸ ΜΉ.

ΚἊΝ εἰ μὴ, etſi, tametſi, ſi nõ, ut κἂν εἰ μὴ δι᾽ ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ταύτην, & ſi non ob aliam cauſam, certe ob iſtam.

κἂν etiam per ſe ſignificat etiam ſi, ut πότερ᾽ ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνηται τὴν πόλιν, ἢ κἂν ἀδικῶν σκοπεῖτε, utrũ ſi publice inſons ſit, an etiã ſi nocens, cõſiderate. Ἤ.

Ἢ, uel, dum capit definite: uel declaratiue ſola iacet, ut ἰλιάδ. α. βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σῶν ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, ego malo populum ſaluum eſſe, & non perire. Quo

in loco ἢ ſignificat, & non.

Capitur etiam dubitatiue, τί δὲ λαὸν ἤγαγεν ἐνθάδε, ἢ οὐχ ἑλένης ἠυκόμοιο; quid autem populum adduxit huc? an non propter Helenã formoſam? ἫΤΟΙ.

ἫΤΟΙ quandoq; idẽ ualet quod μὲν, & eſt initialis in oratione, ut ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, ille quidem ſic fatus conſedit.

Quandoq; eſt diſiũctiua æquiualens coniunctioni ἢ, quam præcedit in oratione, ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, uel bonum uel malum.

ἤπου ualet ἤτοι, & eodem modo poſtponitur ei in oratione ἢ, ut εἰ ζῶον, οὐκοῦν ἤπου λογικὸν, ἢ μὴ, ſi animal, igitur rationale eſt, uel irrationale.

Ponitur etiã pro ἢ, quàm, ut πολὺ μᾶλλον, ἤπου τὶς ἄλλος, multo magis, quàm quiuis alius. ΕἸ.

ΕἸ cõſtruitur plerunq; indicatiuo, & habet uim optatiui: uel optatiui certe loco ponitur, cum ei additur ἂν particula potentialis. Ioan. 8. εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν,

ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμὲ, ſi Deus eſſet pater ueſter, diligeretis me. Nõnunquam cũ optatiuo, εἰ ἡδονὴ τἀγαθὸν εἴη, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία, ſi uoluptas ipſum bonum eſſet, hoc pacto definiri poſſet felicitas. Interdum cum cõiunctiuo, præſertim ſi cum aliјs coniunctionibus capiatur. ἰλιάδ. α. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, quod ſi iram ipſo die cõcoxerit. εἰ μὴ, id eſt, niſi, ut τί δὲ, εἰ μὴ, quid aliud niſi. εἰ δὲ μὴ, ſin minus, alioqui. εἰ δ' ἄγε, age, agedum. εἰ γοῦν, ſi ſaltẽ. εἰ γὰρ ὤφελον dicitur, pro εἴθε ὤφελον, utinã. εἰ δ' ἄρα, εἴπερ ἄρα, ἀλλ' εἴπερ, ἐὰν δὲ, hę clauſulæ, dum per parentheſim inſeruntur orationibus, ſignificant, quod ſi quãdo id faciendum ſit, uel, quod ſi quoddam eſt huiuſmodi, aut aliud ſimile, prout oratio poſtulat, ἄμπελον οὐ δεῖ ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ, quod ſi quãdo id faciendum ſit, tum certe demum, cum nigra iam uua fuerit. ἀπέχουσι οἱ μοναχοὶ τῆς σαρκοφαγίας, εἰ δ' ἄρα, ἐν ἀσθενείᾳ, abſtinent monachi ab eſu

carnium: quod ſi quando ueſcantur carnibus, id in ægritudine eſt. οὐδεὶς εἰς ψάμμον σπείρει, ἐὰν δὲ, τῆς γεωργίας ἄπειρός ἐστιν, nullus arenæ mandat ſemina, quod ſi quis ſit huiuſmodi, is agriculturæ inexpertus eſt.

ἘᾺΝ ϗ ἘΠΕΙΔᾺΝ.

Ἐὰν, & ἐπειδὰν, gaudent cõiunctiuo, ut ἐὰν θέλῃς, ſi uelis. ἐπειδὰν ἴδωσι, cũ uidiſſent.

ἘΠΕῚ & ἘΠΕΙΔῊ.

Ἐπεὶ & ἐπειδὴ, iunguntur indicatiuo & infinitiuo, ἐπεὶ δὲ ὤφθη, ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, ἐπειδὴ τάχιστα, ſimul atque, ſimul ut, hoc eſt, ὡς τάχιστα.

ἽΝΑ.

ἽΝΑ conſtruitur coniunctiuis. ἵνα διδάξω, ut doceã. Et optatiuis, ſi de re præterita fiat ſermo, ἀφίκετο ἵνα θεῷτο, uenit ut ſpectaret. Et indicatiuis in præterito imperfecto, perfecto, & indefinito, ubi aliquid de re præterita uolumus ſubeſſe, aut non ſubeſſe. ἐχρῆν αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν' εἶχεν κατὰ νόμους ἀπαιτεῖν, oportebat eum accipere ſyngrapham, ut poſſet iure exigere.

ΓᾺΡ.

ΓᾺΡ his coniungi poteſt, γάρ τοι, γὰρ δὴ,

δὴ, γὰρ αὖ, γάρ που, γὰρ δήπου. γὰρ τ' αὖ, pro γάρ τοι αὖ.

## ὍΤΙ.

Ὅτι gaudet indicatiuis, λέγει ὅτι ἥξει, dicit quod ueniet. In locutione narratiua additur optatiuo, ἤγγελλεν ὅτι γένοιτο, καὶ εἴη, καὶ ἔσοιτο, nunciabat quod fieret, & eſſet, & erit. Iungitur quãdoq; ſuperlatiuis, ὅτι πλεῖστον, ὅτι μάλιστα, quàm plurimum, quàm maxime.

## ἊΡΑ ἎΡΑ.

Ἄρα alijs dictionibus conſtructa ſignificat dubitationem, οὐκ οἶδα ὅτι λέγοι ἄρα, non noui quid diceret. ἐγεγόνει ἄρα, fuiſſet. διατεθήκει ἄρα, conſtituiſſet. οὕτως ἄρα φεύγοις, ſic fugias. ὡς δέδοικα, ὅποι ἄρα περιβαίνοις, quam timeo quorſum euadas.

Ἆρα uero hoc modo conſtruitur. ἆρ' οὖν, ἆρά γε, utrum, ἄρα οὖν, itaq;: & ponitur in initio orationis. ἆρ' οὐκ, utrum, an non, ἆρά ποτε, utrum tandem. ἆρα μὴ, nunquid, utrum, idem ualet quod ἀλλὰ μὴ, in conſequentia orationis.

ΟὖΝ

## ΟὖΝ.

Οὖν poſtponitur nominibus infini tis, ὁποιοσισοῦν, qualiſcũq;. ὁποσισοῦν, quan tuſcunq;. ὁποστοσοῦν, quotuslibet. ὁπηλικο σοῦν, quãtuſcũq;. ὁποδαποσοῦν, cuiaſcũq;. ὁποσαπλασιοῦν, quamlibet multiplex. ὁπο- τεροσοῦν, uterlibet. ὁπωσοῦν, ὁπωσιοῦν, ὅπῃ οὖν, q̊uis modo, q̊modocũq;. ἌΤΤΑ.

Ἄττα multis adiectiuis iungitur, ut ποῖ' ἄττα, πόσ' ἄττα, πολλ' ἄττα, ὀλίγ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα, τοιαῦτ' ἄττα.

Sunt enim additamẽta, plus ornatus quàm ſignificationis afferentia oratio- ni, ueluti Latinis, quis tandẽ, quis'nã, qualis'nam.

Ponitur etiam per ſe, pro τινά, ut ἔλε- γον ἄττα, dicebam quædam. Quare ſub iungitur quandoq; ſubſtantiuis nomi- nibus, εἰς δείματ' ἄττα, in terrores q̊ſdã.

Seruit & interrogationibus, cum eſt aſpiratũ, ut πῶς ποτ' ἄττα ποτὲ διελέχθη; quo modo, & q̃ diſſeruit? Nã relatiua inter- dũ ꝑ interrogatiuis ponunt̃. ἮΠΟΥ.

Ἦ που, utiq;, profecto, nimirum. ſeruit

etiam

etiã interrogationis, ut Latinis nempe.

Significat etiam ἦ που, & ἦπουγε, multo magis, & pręponitur illis ὅπου, ut ὅπου ἐκεῖνοι οἰκῆσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασι, ἦπου ἡμεῖς ἂν δυνηθείημεν κατασχεῖν, quandoquidem illi ualent inhabitare ciuitates, multo magis nos poſſemus.

Eadem ſeruata ſyntaxi ſignificat etiã nonnunquam, multo minus, ut ὅπου αὐτοκράτωρ οὐ δύναται, ἦπου ἡμεῖς ἰδιῶται δυνηθείημεν ἄν, quandoquidem imperator non poteſt, multo minus nos priuati homines poſſemus. Sic Atheneus lib. 11. ἀδύνατον δὲ τὸν φαῖδρον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἦπου γε τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι, fieri non poteſt, ut Phædrus Socratis ætate fuerit, multo minus ut amaſius eius fuerit, uel nedũ ut amaſius eius fuerit.

Quãdoq; illi ſubiungitur χολῇ γε, quod etiam ſignificat multo minus, & dicitur coniunctim, ἦπου χολῇ γε, pro multo minus Attice.

ἦ οὖν ποτε, ecquando, autem. ἦ γὰρ, nón ne. pro quo quandoq; dicunt, ἦ οὐ.

ἢ γοῦν ἂν, alioqui, alioqui ſi, nã ſi. ἰλιάδ. α. ἢ γὰρ ἂν ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, nã alioqui nunc ultimũ improbo tibi eſſe contigiſſet. Chryſoſt. ſecundo de fato, ἢ γὰρ ἂν ὑποπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον, nã ſi exiſtimaſſent, uel alioqui ſi exiſtimaſſent ipſum eſſe hoſtẽ, fugiſſent.

ἦ μὴν, uere, apponit fere iureiurando, νὴ Δία ἦ μὴν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτον, uere per Iouem tale quippiam ego paſſus ſum.

Cõuenit etiã poſt iterrogationẽ & exclamationẽ. ὦ Ζεῦ ἦ μὴν καλὸς ἐφάνη οὗτος, ô Iuppiter, uere formoſus hic apparuit.

Addit etiã ſpõſionibus, & promiſſionibus. ἦ μὴν ποιήσω, certe faciã.

ΓΕ.

ΓΕ omnibus ferme iungit cõiũctionibus, ἀλλὰ μήν γε, καὶ μήν γε, & ſic de alijs.

ΔΗ.

ΔΗ etiam alijs ſubiungitur. εὐθὺς δὴ, continuo, protinus, hoc eſt, ideo. ἀλλὰ δὴ, at enim. οὐδὲ δὴ, nec uero. φέρε δὴ, age uero. ἔστω δὴ, eſto uero. ἴθι δὴ, id eſt, ἴθι. ὅς δὴ, pro ὅς. οἷος δὴ, pro οἷος. τί δὴ, quid tandem, pro quo etiã dicunt τί μὴν. ποῖον δὴ, quale tandem.

tandem. δὲ δὴ, porrò. δήπου, uticq́, nimirum, profectò. οὐδήπου, nũquid? δήπουθεν, uticq́, nimirum. ὅπου δήποτε, ὅπου δὴ, id eſt, ubicuncq́. ὅ δήποτε, ὅτι δήποτε, ἅ δήποτε, quiduis. ὁπωσδήποτε, ὁπωσδὴ, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπηδήποτε, q̊uis modo, q̊modocũcq́. πόσος δήποτε, q̊t tandẽ.

M H N.

τί μὴν, quid'nã. Aliquando etiã cõcedentis eſt, ꝓ quid'ni? γεμὴν, uero. καὶ μὴν, atqui. ὅμως μὴν, tamen.

Π O Y.

Π O Y interdum conuenit interrogationi, ut τῶν ζώων ἐστὶ, τὸ μὲν που λογικὸν, τὸ δὲ μή; eſt animalium aliud quidem homo, aliud uero non?

Eſt etiã nõnunq̃ in oratione ocioſum, quemadmodũ δὴ & γε, & τοι, & μὴν, & οὖν: & poſtponit̃, ut in his, μέν που, γέπου, ἠδή που, οὔτω που, τάχα που, ἴσως που, δή που, οὐδή που, δήπουθεν, ἤπου, ἤ που, ὅ που, ἄχρι που, μέχρι που.

T O I.

T O I cũ multis conſtruitur dictionib. οὔτοι, πάνυ τοι, γάρτοι, δέ τοι, & ita in alijs. ornatus tantũ gratia & explementi orationis. In τοιγάρτοι, etiam geminatur.

τίνων

Interponitur etiam ſine cõpoſitione, διά τοι τοῦτο; quam nam ob rem eſt hoc?

τοίνυν, quãdo præponit̃ coniunctioni ἄν, ualet at, atqui, ut ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἄν εἷς, atqui nullus eſt omnino ueſtrum.

In aſſumptionibus etiã, ut ἀλλὰ μὴν, ponitur. οὐ τοίνυν προῆλθεν οὐδ' εἷς, at nemo tum prodit.

Significat etiã proinde, συλλογιστικῶς. ἓν μὲν τοίνυν τοῦτο ἄρτι που ἐποιησάμεθα, ὥστε δοκεῖν τὶ λέγειν, proinde unum hoc inuenimus, ut aliquid dicere uideamur.

Aliquando ſignificat igitur, ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχει τἀμά, audi igitur, ut ſeſe habẽt res meæ.

Ponitur etiam pro μέντοι. ἐνταῦθα τοίνυν πάντες προσέβλεψαν αὐτῷ, hic quidẽ omnes intuebantur eum.

Eſt etiam nõnunquam expletiuum. μηδαμῶς τοίνυν εἴπῃς, tu uero ne dicas.

ἤδη τοίνυν, iã uero, atq; etiã. οὔτοίνυν, neq; uero. Et ponit̃ pro ἀλλὰ μὴν οὐ. ὅτι τοίνυν, q̃d uero, quod autẽ: itaq; q̃d. ἌΝ.

ἌΝ conſtruitur Græcis & δυνητικῶς, hoc

hoc eſt, ut denotet potentiam, & ἀοριστο-
λογικῶς, hoc eſt, infinite. δυνητικῶς qui-
dem, ut εἰ καὶ μὴ πεποίηκε, ἀλλ᾽ ἐποίησεν ἄν,
& ſi nõ fecit, feciſſe tamen credi poſſet.

Et habet quandoq; uim uerbi taciti, ac ſubaudiendi. τοσαύτην ἐποιήσαντο σπουδὴν, ὅσην περ ἂν τῆς ἑαυτῶν χώρας πορθουμένης, tam enixe contenderunt, quàm facere potuiſſent, ſi ſuum agrum populantes uidiſſent.

Adfert enim particula hæc compendium in oratione, ut δόξαιμ μὲν ἐγώ γ᾽ ἂν συγχωροίην, τὰ δ᾽ ἕτερα ταῦτα οὐκ ἄν. ibi οὐκ ἂν ponitur pro non etiã, uel non itidem concederem.

Iungitur δυνητικῶς omnib. tẽporibus.

ἌΝ CVM PRAESENTI.

Pręſenti quidem in optatiuo, οὐκ ἂν λέγοις, οὐκ ἂν φαίης, non diceres. σὺ γοῦν ἂν ἐκεῖνον περιεώρας, tu ſineres illum. Et in cõiunctiuo. Plato in Phædro, καλὸν γοῦν ἂν εἶδος ἢ κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβὼν, atqui bellã ſpeciem is intellectu perciperet, qui hoc aſſequi poſſet, uel intellectu

perceperit, qui hoc aſſecutus fuerit.

Et infinitiuo, τί ποιεῖν ἄν, ἢ τί οἴεσθε λέγειν, quid dicturos fuiſſe exiſtimatis, aut quid facturos.

ἌΝ CVM PRAETERITO.

Præterito uero in indicatiuo, cum de re præterita loquuntur, τίς οὕτως ἄγριος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν τοῦτο ποιεῖν; quis tam immitis, qui poſſet hoc facere?

Poteſt hoc & per optatiuum enũtiari, ſed ita ut loqui uideamur in re præſenti. ὅστις δυνηθείη ἂν τοῦτο ποιεῖν, qui tamen poſſet hoc facere.

Et inuenitur hoc pacto iunctum præteritis omnibus, etiã perfectis, & plusquamperfectis. Perfecto, ut Demoſt. πειράσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν, ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα πεπεισθῆναι, conabor eo modo dicere, quo mihi uidemini, &c. Pluſquamperfecto, ὅτι μὲν δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι, ἠκηκόειν ἄν, quod quidem oporteat ſcire literas, &c.

Per præteritum item ſæpe loquuntur de

de futuro, addita particula ἂν, tã in uerbis, quàm in participijs, ut ποιήσασθαι ἂν, pro ποιήσεσθαι. ἐλεχθέντων ἂν, pro ἐλεχθησομένων. ἂν ὑποστὰς, pro ὑποστησόμενος. γενόμενοι ἂν, pro γενησόμενοι.

ἌΝ CVM FVTVRO.

Futuris item additur in optatiuo, οὐκ ἂν λέξοις. Inſuper indicatiuo, & infinitiuo, licet id ſit rarius. ἐλπίζω οὕτως ἂν ἄριστα πράξειν, puto me hoc pacto optime facturum. Id fit plerũq; in uerbis quę futurum poſcũt, ut νομίζω, οἶμαι, ἐλπίζω, ἡγοῦμαι, φημὶ, προσδοκῶ, & ſimilibus: licet etiam ſine his uerbis inueniatur additũ futuro apud autores, ut eſt illud Iſocrat. in Areop. ἡμεῖς γὰρ, ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νῦν οἰκοῦμεν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, &c. nos ſi inhabitaremus ciuitatem, quemadmodum nunc inhabitamus, quouis modo conſulturi eſſemus & bellaturi.

Itaq; quod Latini per coniunctiuum per ſe poſitum, hoc Græci etiã per alios modos efferunt; addita cõiunctione ἂν,

ut διδάξαιμι ἄν, uel ἐδίδαξα ἄν, εἰ ἐβουλήθης, docuiſſem, ſi diſcere uoluiſſes.

Item, quod Latini exprimunt per imperfectum coniunctiuū, dum de rebus tranſacto tempore promiſſis uel cogitatis loquuntur, hoc Græci per præſens, uel futurum loquuntur. τί πράξοι ἄν, γνοεῖν ἤρξατο, quid ageret, cogitare cœpit. ἔλεξε μέλλοντας, οἳ ποιήσοιεν ἂν ὀρθῶς, dixit futuros, qui recte facerent. τί ἂν λέγοιτο οὐκ οἶδεν, non nouit, quid diceret.

Et modo præcedit, modo ſequit̃ uerbum, ad quod refertur. ὅστις ἂν ταῦτα ἔχοι λέγειν, uel ὅστις ταῦτ' ἔχοι ἂν λέγειν, quicunque hæc poſſit dicere.

Conſtruitur etiam cum particula γάρ, interrogatiue. σὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιορῴης; ſineres tu illum? Cū autem ſine γὰρ ponitur, non habet eandem uehementiā, ut τί ποιεῖν ἂν οἴεσθε; quid facturos fuiſſe exiſtimatis?

Conſtruitur etiam cum ὅπως, & cum ὡς, & tum optatiuo, ſubiunctiuoq́ꝫ conuenit. ἀγωνιζόμεθα, ὅπως ἂν τὴν νίκην παραλάβωμεν,

βωμεν, certamus, ut uictoriam præripiamus. μόνον σπουδάζω, ὅπως ἂν χαρισαίμην σοι, ſolum ſtudeo, quónam pacto gratificarer tibi. διδάξω ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοίης, docebo, ut ſapientiæ profunditatem non ignores. διηγήσομαι, ὡς ἂν τοῦτο καλῶς γένοιτο, narrabo, quónam pacto hoc bene fieret.

ἌΝ ἈΡΙΣΤΟΛΟΓΙΚῶΣ.

Ἄν indefinite acceptum plerũq; ſubiunctiuo conſtruitur, ὅ, τι ἂν λέγῃς, quodcunq; dicas. ὅσῳ ἂν διαφέρῃς, quantocũque differas. ὁποδαπὸς ἂν ᾖ, cuiaſcunq; ſit. ὁπότερος ἂν ᾖ, uterlibet ſit. ὅπῃ ἂν ἔλθῃ, quacunq; eat.

Interdum cum optatiuo, ſed tum demũ cũ res præterita narratũ. ἡνίκ᾽ ἂν εἰπεῖν τι περὶ τούτων δέοι, cũ oporteret, uel cũ oportebat dicere quippiã aduerſus hæc.

ἂν & ἐὰν, pro ἢν acceptæ, inueniũtur etiã cũ optatiuo. ὡς ἐὰν, ſiue ὡς ἂν πρότερός τις εἴποι, quaſi uero ſi qs prior dixiſſet.

APPENDIX.

Ἂν potentialiter acceptum, ſiue inde-

finite, ſępe deeſt in oratione. Demoſt. οὐδ᾽ εἰς πώποτε ἀνθρώπων εὕροι τῶν κατ᾽ ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν, pro εὕροι ἄν, nemo unquam hominum inuenire poſſet delictum aliquod in me.

Sæpe item abundat. Ariſtoph. in Pluto. ἄν τιν᾽ ἂν ἔχοι τίς ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι, quod iuſtum poſſet quiſpiã adhuc contradicere. In quo loco abũdat alterũ ἄν.

Ponuntur enim Græcis tum cæteræ orationis partes, ut dictum eſt, tum præcipue coniunctiones, ſic ut orationi adferant nonnunquã ornamenti aliquid, ſed nihil ſententiæ: quod potiſſimum fit in coniunctionibus expletiuis, & in ĳs quæ hic ſequuntur.

ΟΥ̂Ν.

ΟΥ̂Ν, ut ὅπερ οὖν ἐποίησεν, pro ὅπερ ἐποίησεν, quod fecit. ὥσπερ οὖν ἔχει, pro ὥσπερ καὶ ἔχει, queãdmodũ ſe habet. ὡς οὖν, p ὡς.

Ω̂Ν Ἰωνικῶς.

Ω̂Ν non modo abundat, ſed etiã inter præpoſitionem & uerbum compoſitum interponitur. ἀπ᾽ ὧν ἐδίδοντο, pro ἀπεδίδοντο, reddebant. ἐξ ὧν εἷλον, pro ἐξεῖλον.

ἀπ᾽ ὧν ἔβαψεν, pro ἀπέβαψεν. κατ᾽ ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε.

TE.

TÉ, ut ἐφ᾽ ᾧτε, pro ἐφ᾽ ᾧ.

KAÌ.

KAÌ, ut καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος ἀληθής ἐστιν, etenim ſermo ipſe uerus eſt.

ἌTTA.

ἌTTA, ut ποῖ᾽ ἄττα, ἕτερ᾽ ἄττα, ut ſupra dictum eſt.

ὍTI.

ὍTI, ut Ioan. 1, ὡμολόγησεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστὸς, confeſſus eſt, non ſum ego Chriſtus. Nam niſi abundaret ὅτι, ſenſus eſſet, Baptiſtā eſſe confeſſum, Euangeliſtam non eſſe Chriſtum. Et cap. 4. καλῶς εἶπας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω, bene dixiſti, uirum non habeo. Quo etiam in loco, ſi ὅτι non abundaret, nihil ſignificaret aliud, quàm recte dixiſſe Samaritanā, quod Chriſtus uirum non haberet.

Item Marci 13. λέγοντες ὅτι ἐγὼ εἰμὶ, dicētes ego ſum. Quo in loco, ſi nō abundaret ὅτι, ſenſus eſſet, uenturos qui dicerent, Chriſtum eſſe Chriſtum. Rurſus Apocalyp. 3. λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι, dicis,

ego ſum diues : cũ alioqui eſſet ſenſus, tu dicis me eſſe diuitem.

### Ὡ Σ.

Ὡσ pro ὅτι, ut λέγεις ὡς καλὸς εἰμὶ, dicis, ego ſum formoſus, Neq; ſolum abundant Græcis orationis partes, ſed nonnunquam totæ orationes, ueluti σὺ οἶδ᾽ ὅτι, ut Παῦλος, ὡς πᾶσι, σὺ οἶδ᾽ ὅτι, ἐν γραφαῖς δῆλόν ἐστι, τὸν πέτρον ἐπετίμησε, Paulus (ut omnibus per ſcripturas manifeſtũ eſt) Petrum increpauit.

### Ε Υ͂ Ἴ Σ Θ Ι.

Abundat etiam interdum σὺ ἴσθι, q̊d Gręcis uſui eſt eo loco, quo Latinis, mihi crede: ut οὐδεὶς, σὺ ἴσθι, τῶν ἀνόμων σωθήσεται, nemo, mihi crede, iniquorum ſeruabitur.

ΤΈΛΟΣ.

ANNOTA-

# ANNOTATIVNCVLAE PAVCAE AD PRAECEPTA ΣΥΝΤΆΞΕΩΣ VARENNIANAE.

ΟΥ̓ΔΕΝΟ̂Σ ΧΕΙ̃ΡΟΝ.) Quod Latine dicũt nihilominus, Græcis eſt οὐδὲν ἧττον. Herodianus primo hiſtoriarũ, πλὴν οὐδὲν ἧττον ἡ νόσος ἐπὶ πλεῖστον ἤκμασε. Et Xenophon, τοῦ δυσχωρείας ὄντι δέοι φυλάττειν, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ θηρεία, nihilo minus, nihilo ſecus. Thucyd. 2. ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν, nihilo ignauiorem animũ. Sed οὐδενὸς ἧττον, haud ſcio an nõ ſemper reſpondentem conſtructionem requirat, ad nomen cõparatiuum, unde motum in aduerbialem ſignificationẽ trãſijt. Similiter χεῖρον οὐδενὸς, & κάκιον. ut ſicut dicit, ἥττων, χείρων, κακίων παλαιστὴς οὐδενὸς, ita cõgruenter dicatur, ἐπάλαισεν ἧττον, χεῖρον, κάκιον οὐδενὸς. Dixit & Terẽtius Pag. 1.

ὑπερβολικῶς, minus nihilo, hoc eſt, quàm nihil: ut Aeſchylus Prometheo, ἐμοὶ δ' ἔλασσον ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.

2 Ambiguæ ſignificationis in uſu comparatiuorum apud Græcos, & hoc fuerit exemplũ Thucyd. 2. ξυνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἑτέρων μᾶλλον ἀθηναίοις τοῦτο. magis uſu ueniebat hoc Athenienſib. quàm aliis. Et Herodoti, Ἐρατοῖ, Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ ἔργου, ἔτι τοῦ προτέρου τούτου.

3 Νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν.) Docuit hoc Theodo. Gaza, ſed ad cõſtructionẽ cõparatiui ꝓprie nõ ꝑtinet, et de oratiõis deficiẽtia, ſi uidebitũ, ſemel uno ĩ loco dicem⁹.

4 Πανύ μεῖζον ἐστί.) Ita πολὺ μᾶλλον, & πολλῷ μᾶλλον. & παρὰ πολὺ σοῦ πλουσιωτέρων, Luciano. Eſt & quędã quaſi diminutio præſtantis ſignificationis comparatiui talis, μικρῷ πρότερον. Lucia. Θουκυδίδης ὅμοιος, ἢ ὀλίγῳ ἀμείνων. apud eundem, μικρῷ ὕστερον. Sed et ſuperlatiuo addunt. παιδείας α. Περσῶν μὲν πολὺ κάλλιστος ὁ ἐμὸς πατήρ. Et Herodoto, μακρῷ θαυμασιώτατα, lõge pulcherrima, & multo maxĩe admirabilia. Antigona, πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐ-

δαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει. ſed idẽ poſtea
ꝗꝙ dicit. Habẽt et inteſionẽ ὡς & ὅτι,
ſuplatiuæ ſignificatiõis. ὡς ἥδιστα, ὡς κάλ
λιστα, ὡς τάχιστα. βουλόμενος τὸν παῖδα ὡς ἥδιστα
δειπνεῖν, Xenoph. Et cũ dicit, ἐν τοῖς ὅτι
μάλιστα φίλοις, inter ꝑcipuos amicos. πο-
λιτ. δ΄. ὅτι δεῖ ταῦτα, καὶ τὴν προοιμίαν, ὅτι μά-
λιστα κοινὰ τὰ τῶν φίλων ποιεῖσθαι. Sũt et tales
ἀντιπτώσεις, μεγέθει μέγιστος, κάλλει κάλλιστος. Prete
rea uſitatũ eſt, ſine aliq̃ caſu efferre cõpa
ratiua atꝗ ſuplatiua, ut γεραίτερος, ſenior.
ἡσυχαίτερος. & Homericũ, σαώτερος ὥς κε
νέηαι, & ζωρότερον δὲ κέραιρε. ῥάδιον, ἄλγιον.
ὀδ. π΄. ἄλγιον ἀλλ' ἔμπης μιν ἐάσομεν. quorũ
poſitiua etiã nõ facile inueneris: niſi al-
terũ à ῥέα, q̃d & ῥεῖα: alterũ à uerbo de-
ducere uolueris. tale eſt & ὕστερον. Aeſch.
ἀλλ' ὕστερος πολιτεύου τῶν νόμων. ἰλ. ή. ὕστερον αὖτε μα-
χησόμεθα. et πρότερον. Θαλέας, ὅτε πρότερον ὀδίας
μᾶ ὑθεῖσαι, ὅτε ὕστερον. & ibi. ὁμιλέειν σοφοῖ μεζό-
νως. & Plauto, pluſculũ ſe inuitauit. Itẽ
cõparatiuũ cũ ὅσῳ. Xenoph. καὶ χαίρειν σοι
μᾶλλον ἔσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ.
Et apud eũdẽ notãdũ, ἵνα ὡς ἥκιστα τὰ οἰκεῖα
ποθοίη, q̃ minus. Huic reſpõdet τοσούτῳ.

Aeſchines, ὅσῳ ἄν τις ἄμεινον λέγῃ παράνο-
μος γεγραφὼς, τοσούτῳ μείζονος ὀργῆς τεύξε-
ται, quanto fuerit eloquẽtior is, qui ſuis
decretis leges euertit, tanto maiore in
odio futurus eſt. Herodotus aũt ita, ἔρα
τοι. ἑωυτοῦ ἢ γενέσθαι τοσοῦτον ἐκείνων ἄνδρας ἀ-
μείνονας, ὅσον πλεὸν αὐτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς πε-
λασγούς. Quod accipi ἐλλειπτικῶς poteſt,
κατὰ τοσοῦτο. Itẽ, πλέον. Herodotus, ὡς οὐδὲ
ἐκείνῃ πλέον οὐδὲν εἴη. Xenoph. ά. παιδείας.
εἰ μέλλοι γε πλεῖον ἕξειν. Tale & ἔλασσον.
Thucyd. ά. καὶ ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ
ἔλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ, inferiores ſe fuiſſe.

Superlatiua aũt ſola, εἶδος μὲν κάλλιστον.
παιδείας β΄. οὗτοι κράτιστοι ἕκαστος γίγνονται, οἱ
ἂν ἀφέμενοι τοῦ πολλοῖς προσέχειν τὸν νοῦν, ἐπὶ ἓν
ἔργον τράπωνται. Huiuſmodi ſunt μάλιστα,
ἄριστα, κάλλιστα, οὐχ ἥκιστα. item ῥᾷστος, in qui
bus omnib. intelligi ꝓprius caſus uidet̃.

Item notãdus hic uſus cõparatiui, cũ
ita dicũt κρεῖσσον ἀκοῆς, λόγου, χρημάτων, ἐλ-
πίδος. Similiter & ἥσσων χρημάτων, ἔρωτος,
& αὐτὸς ἑαυτοῦ. Similiter ἀργὸς & ἐπιμελὴς
μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτοῦ apud Platonẽ πολιτειῶν.

δ΄. ubi

δʹ. ubi hanc figuram ſermonis explicat, qua dicitur aliquis ſeipſo melior. Et lati ne, ſe ipſum uincere. Nã in hac & ſimili bus diuerſitatẽ perſonæ reſpectus mu= tationis introducit. Thucyd. αʹ. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. nimirũ τῶν προ τέρας. Herod. κλειοῖ, Ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυ τῆς ἐνείκῃ ὑπὲρ διηκόσια ἐκφέρει. intelligendũ ſolitam fertilitatem centenaria exupe= ratione uinci. Item cõparatiua ſibi re= ſpondent, ut uir prudẽtior quàm audacior. Aeſchines, τὴν δὲ εἰρήνην ἀναγκαιοτέραν ἢ καλ λίω ὑπολαμβάνοντες εἶναι. Et Archidamo, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον ἢ σαφέστερον διαλεχθῆναι.

Ὅσον πλεῖστον.) Antigone. ὅσῳ κράτιστον 6
κτημάτων δυσβουλία; Ibi. ὅσον γ' ἄναξ τάχιστα. Ibi dem, δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν, ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν. Eſt & hu ius particulæ uſus non ſemper cum ſu= perlatiuo. Lucian. Lapithis, ὅτι μάλιστα ὅ- σῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ ἑστιασόμεθα, hoc maxi me gratum conuiuium futurum eſt, quod

& ſobrij

& ſobrij, & in pace celebrabiť. Quod & ὅσον, & plene καθ᾽ ὅσον, ac εἰς ὅσον dicũt. εἰς ὅσον γ᾽ ἐγὼ συγνώ. Philocte. & Iſoc. καθ᾽ ὅσον ἐστὶν ἐν ἐμοί. Lucian. Εὐχαῖς. ἐγὼ δὲ ὀλίγ᾽ ὅσον ἡμιστάδιον τὸ πρὸ τοῦ δίπυλου ὑπολήψομαι. & mox, παῖδας ὅσον δισχιλίους.

6 Τὸ σοφὸν τοῦ πέτρου.) Eurip. τὸ σοφὸν δ᾽ οὐ σοφία τό, τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, ſapientiã ſępenumero ſtultitiã eſſe dicit, ut cũ humanitatẽ relinquat. Trachinijs, ἦ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις. Huiuſmodi ſunt, καλὸν, honeſtũ. ἀγαθὸν, bonũ. κακὸν, malũ. δίκαιον, iuſtũ. & cõplexa, τὸ ζῆν, uiuere. & illud, Euge tuũ & belle, τὸ σὸν εὖγε. Neq; profecto diſſimilis figura, ἰωνικὸν τῆς στολῆς, ualde frequens in omnibus linguis: decus æui, & herba ueneni, æuũ eximium, & herba uenenata. Sed nũc de adiectiuis mentio fit. Vbi ſciendũ, formam quidem eſſe adiectiuorum, ſed reuera in genere neutro ſubſtantiuam habere ſignificationem, ut rectum, honeſtum, decorum. Neq; enim eſt ἰωνικὸν τῆς στολῆς, aliud quàm Ioniſmus: et ἀττικὸν

τὸ

τῆς γλώσσης, atticiſmus. μέγιστον τῆς ἀρχῆς, ma
gnitudo imperij. ὀφρύων τὸ εὔγραμμον. &
τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα καὶ φαιδρῷ καὶ κεχα-
ρισμένῳ. & καρπῶν τὸ εὔρυθμον, καὶ δακτύλων
τὸ εὐάγωγον, in Luciani Simulacris. eſtque
omnino frequentiſſimus huius figuræ
uſus, ut diximus.

Ἄξιος.) Vt lingua Latina, dignus di= 8
citur etiã odio & malo. Terent. Dignus
es cum tua religione odio. Ita ἄξιος ὀρ-
γῆς, Aeſchini. Iſocrat. περὶ ἀντιδόσεως. μεγί
στης ζημίας ἀξίους.

Τῆς ἐξουσίας..) Νεφέλαις, τῆς μωρίας τὸ δία 9
νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. eſt aũt ἔλλειψις, de
qua figura fortaſſe ſemel dicemus.

Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι.) Tale & hoc, τί ἐμοὶ 10
καὶ μακροῖς αὐλοῖς. Τερψιχόρη, σοὶ δὲ καὶ τούτοισι
τοῖσι πράγμασι τί ἐστι; cur tu iſta curas?

Χρηστὸν ἐμοί.) Hanc formã Græci Grã 11
matici aduerbialẽ faciũt, & ita facta ad=
uerbia θετικά nominãt, quæ ſanè gerun
dialem, ut uocãt, naturã præſe ferũt, &
participialẽ ĩterdũ, ut Soph. Philoct. ἡδ'
ὁδὸς πορευτέα. & ὑπ' ἀγνοίας τῶν λεκτέων.

Additur

Addit̃ & uerbũ ſubſtantiuũ. Iſoc. Archi
damo, θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί. Philocte
te, ὁποῖα δρασέ' ἐστιν. Thucy. α'. τοῦ γὰρ θαλάσ-
σης πρῶτοι ἐτόλμησαν εἰπεῖν ὡς ἀντεκτέα ἐστί.

Figurate quæ dicunt̃, id eſt, τὰ τῆς λέξεως
πάθη, rectiſſime exquirunt̃ ſeparatim. ſi-
militer & διάλεκτοι, quorũ eſt apud Grę
cos magna uarietas.

14 χαῦνος & ἐξίτηλος.) Prorſus eſt Atti-
cus uſus maſculino genere fœminine
uti. Trachinijs, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω
κλαγγά. Itẽ, ὀμφαλὴ τῇ βαρβάρῳ. Itẽ, καὶ γὰρ ὁ
σιγηλὸς εἶ. Philoctete, μηδὲ τῷ τέχνῃ. Item,
ἔρημος, δύστηνος, τίμιος. Item, ἄμφω τούτω
τὼ ἡμέρα. Παιδείας α'. & τὼ χεῖρε, τὼ φύσει
Platoni. ſic Electra, τηλικοῦτος. & mox,
ἴδεσθε, τὼ δὲ τὼ κασιγνήτω. & paulo poſt,
τούτω φιλεῖν χρή. Sũtq; plurima huiuſmo-
di paſſim obuia. Neutri incongruens
uſus is eſt, quem appoſitionis uoce no-
tamus, ut, Triſte lupus ſtabulis, Fama
malum. Soph. ἡ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ
προσεῖναι. Thucy. α'. καὶ ὅσα μὲν μνῆναι μικρὸν
ἦν. Quæ figuræ ἐλλειπτικαί ferè ſunt. He
rodotus

rodotus aũt poſuit totum τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. Cõparatiua etiam pluraliter efferũt, ut reliqua neutra aduerbialiter: ut Antigona, πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός. & Electra, πότερα πῶς ὅδεν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔχω, forma enim certe ſaltem cõparatiui. δεινὰς ποιεῖν & δεινότερα. Polymnia, ὁ δὲ καὶ τότε πολλῷ τι δεινότερα ἐποίεε, multo tulit grauius.

δύο δέοντα ἑκατὸν ἔτη.) Duodecente- 17
ni anni. Hoc utrũ ſic recte uerti poſſit, quærendum uidetur: ut ſit quemadmodum dicit̃ duodeuiginti. etſi ſcio illud duode cõiunctim cum numerali uoce, q̃d Greci aiũt ὑφὲν, uſurpari, neq; reſpõdere ad dictionẽ cui adijcit̃ numerus. ut Cice. duodeuiginti partibus maiorẽ dixit. Iã illud elegans nõ proferre cõpoſite numeros minores cũ maioribus, ut apud Thucyd. β'. τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη, et πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει. Exẽplũ ſuperioris figuræ apud Thucyd. πεντήκοντα δυοῖν δέοντα, duodequinquaginta. ſed & multũ demit̃, apud eundẽ, τὰ γὰρ

πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένοντο. hoc ē, plenā illā pecuniā publicā abſoluiſſe decies M. talēta, minus trecētis. Itē hic πέμπτον ἡμιτάλαντον, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τρίτον ἡμίδραχμον. q̃ ſignificant quatuor talenta & dimidiū talenti, ſex & dimidiū, denarij duo & denarij dimidium. In hac em̄ figura ſermonis numerus is qui proxime antecedit cōprehenſum cū dimidio, integer eſſe debet, & dimidiū ad illū apponi. Notanda & illa, ὅς μοι δωδεκαταῖος apud Theocritū, & Herodot. ὥστε τριταῖοι ἐκ σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ ἀττικῇ, Ἐρατοῖ. & ibi. δευτεραῖος ἐκ τοῦ ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν σπάρτῃ. ſignificat enim tēpus, ut ille intelligat abeſſe iā dies duodecim: & fuiſſe in Attica Spartanos, tertio die ex q̃ profecti eſſent. & hunc curſorem poſtridie Spartam ueniſſe. Notanda & hæc δίμοιρον, τρίμοιρον, bes & dodrans: ut illud accipiat, triētes duo: hoc, quadrantes tres. quorū prius dixit Thucyd. duabus uocibus, ναῦς μὲν γε ὑπὸ τὰς ι΄ ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν β΄ μοιρῶν. Notanda &

numera-

numeratio dierũ Menſis, et iſta denominatiua numerorũ, δυὰς, τριὰς, ἐννεάς, δεκάς, χιλιὰς, & χιλιοστύς, μυριὰς. Sed menſis deſcriptionẽ ſubijcere uiſum, qui apud Athenienſes fuit dierum XXX.

| | |
|---|---|
| α΄ πρώτη | ἱσταμένου μηνός. |
| β΄ δευτέρα | |
| γ΄ τρίτη | |
| δ΄ τετάρτη | |
| ε΄ πέμπτη | ἱσταμένου. |
| ς΄ ἕκτη | |
| ζ΄ ἑβδόμη | |
| η΄ ὀγδόη | |
| θ΄ ἐννάτη | |
| ι΄ ΔΕΚΑΣ. | |
| ια΄ πρώτη ἐπὶ δέκα | |
| ιβ΄ δευτέρα | |
| ιγ΄ τρίτη | |
| ιδ΄ τετάρτη | |
| ιε΄ πέμπτη | ἐπὶ δέκα |
| ις΄ ἕκτη | |
| ιζ΄ ἑβδόμη | Aeſch. τῇ ὀγδόῃ καὶ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα. |
| ιη΄ ὀγδόη | |
| ιθ΄ ἐννάτη | |
| κ΄ ΕΙΚΑΣ. | |

κά πρώτη μετ' εἰκάδι. eadē, δεκάτη φθίνοντ(ος).

| | | | |
|---|---|---|---|
| κβ´ δευτέρα | μετ' εἰκάδι | ἐννάτη θ´ | φθίνοντος |
| κγ´ τρίτη | | ὀγδόη η´ | |
| κδ´ τετάρτη | | ἑβδόμη ζ´ | |
| κε´ πέμπτη | | ἕκτη ς´ | |
| κς´ ἕκτη | | πέμπτη ε´ | |
| κζ´ ἑβδόμη | | τετάρτη δ´ | |
| κη´ ὀγδόη | | τρίτη γ´ | |
| κθ´ ἐννάτη | | δευτέρα β´ | |

λ´ ΤΡΙΑΚΑ´Σ.

Τριακὰς autē appellabat̄ ἕνη καὶ νέα. Et Homerum hūc diem ita deſignaſſe tradunt, τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ' ἱσταμένοιο.

Inter reliquos dies τετρὰς tam ἱσταμένου μηνὸς, quam φθίνοντος, celebrat̄. Fuit aūt natalis Mercurij τετρὰς τοῦ ἱσταμένου, ut in hymno Homerico, τετράδι τῇ προτέρῃ τῇ μιν τέκε πότνια μήτηρ. τῇ ἑβδόμῃ dabat̄ ociū, & permittebant̄ luſus pueris. τῇ δεκάτῃ nomina imponebant̄ quondā infantib. unde eſt, ποιῆσαι et ἑστιᾶσαι δεκάτην, apud Demoſt. πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος, & περὶ προικὸς. Verū hæc δεκάτη, non menſis intelligēda, ſed decima ſiue dies, ſeu

nox

nox, poſt genitũ puerũ. Inter dies, ἀποφράς ater, ſeu nefaſtus dicebatᷓ. & ἐπίβδα proprie, ἡ μεθέορτος, proxime ſequẽs ferias: quaſi ἐπιβὰς, ut Etymologici aiũt. Pindarus tranſlate eſt uſus, cũ dixit auaros poſt feſtiuitatẽ cupiditatũ ſuarũ nõ euitare nequaquã gratã, neq; iucũdam diẽ, q̃ illas excipiat. Πυθίων 4. Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

Θαυμαστὸν ἡλίκον.) Huius generis ſunt, 20 θαυμαστὸν ὅσον ἤδη, mirum q̃. Lucian. de Hiſtoria cõponẽda, ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα μετὰ ταῦτα ἀκούσεσθαι, ut iã q̃dã miracula expectent. Ponitᷓ & ὅσον & οἷον, ut Gręci aiũt, ἀντὶ θαυμασμοῦ. ut, τῆς ἀναιδείας, ὅση, hoc eſt, ô impudentiã ſingularẽ. Pluto, οἵοις ἄρ᾽ ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον. Tale poteſt accipi & hoc Platonicũ, εἴη δ᾽ ἂν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου, ἑταίρου Θεάγους χαλινὸς οἷος κατασχεῖν. Πολιτειῶν ς´. hoc eſt, fuerit aũt & mirificũ in cohibẽdo frenũ illud amici noſtri Theagis. Vel τὸ πρᾶγμα ſignificat, ut ſit ſenſus, In cohercẽdo q̃q;

ualuerit multū frenum, quale Theagis amici noſtri. Sic & Aeſchines, οἷόν τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερέας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος. hoc aduerbialiter ita ponit, et pluràli etiā formatiōe οἷα. Herod. οἷα ἐλευθερίης γευσάμενοι. Lucian. πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν. ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι εἰ ἐπιτραπείη. & mox, οὐδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι. id eſt, qui & rebus ſatisſacere poſſit, & cuius fides nō pendeat de narrationibus aliorum. Thucyd. 2. ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων, ἔργῳ καὶ δηλοῦσθαι τὰς τιμάς, οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε. οἷός τε, & aduerbialiter οἷόν τε, & οἷά τε, prō ptitudinis & facultatis ſignificationem habet. Polyb. ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδ' ὡς ἔληγε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλ' οἷός τε ἦν ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ κατὰ βραχὺ τοὺς ἀχαιούς, operam dabat, aut annitebat. Herod. οἷοί τε ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλεύθεροι, hoc eſt, poteritis uictis hoſtib. eſſe liberi. Idē Ἐρατοῖ, πλέω οὐκ ὑπαγλώσσον τοὺς ἄλλους, οὐ γὰρ οἷά τε ἦν, nō enim fieri poterat. Itē notanda

da repetitio relatiuorũ: ut illud, Quę q̄bus ante feram. Soph. Ἠλέκτρα, οἷ᾽ ἔργα δρῶσας οἷα λαγχάνει κακά. Iſocr. τίς οὐκ οἶδεν ἐξ οἵων συμφορῶν εἰς ὅσην εὐδαιμονίαν κατέστησαν. οὐδὲν οἷον, nihil uetat. Plato Gorg. οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν. ὅσον οὔπω, & ὅσον οὐδέπω, & ὅσον οὐκ ἤδη, mox, iamiam. Ἀληθοῦς ἱστορίας α΄. ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον, iam iam & ipſi fructum eſſe laturi uidebantur. Herodi. α΄. ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολούμεθα, ſumus proximi exitio. Et mox, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω, iamiã nobis quoq; futurũ. Thucyd. ult. καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι. & Ἑλληνικῶν ς΄. καὶ γὰρ ἐλέγετο ὅτι Ἰφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη.

Σχολῇ.) Minime, nequaq;. Oedipo 20
Tyranno, ἐπεὶ σχολῇ σ᾽ ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην, ſi enim hoc ſciſſem, nõ accerſi te iuſſiſſem. Solet autẽ illi aduerbiali datiuo adiungi ferè γε. Plato Lyſide, ὃ δὲ αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη καὶ διάφορον, σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο. Phædone, καὶ εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκρι

βεῖς εἰσὶ μηδὲ σαφεῖς, πολλοῦ γε αἱ ἄλλαι, non poſſunt aliæ eſſe.

βλέπειν σεμνόν.) Neutra aduerbialiter poſita, eſtq́ue hic uſus frequẽtiſſimus. δεινὸν βλέπειν βλοσυρόν. Alceſtide, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὼς βλέπεις. Pluto, βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. Ibidem figurate accuſatiuo eſt ſimiliter uſus. βλέπειν γὰρ αὔτικρυς δόξεις μ' ἄρη, planè martiũ intelliges me tueri. Rurſum Luciano, τραγικὸν βλέπειν. & φοβερὸν ac ἀπειλητικὸν βλέπειν, Κατάπλῳ. Sic etiam dixere φθέγγεσθαι μέγα. Et Lucian. εὐχαῖς, ἐφθέγγετο ἐπισεσυρμένον τι καὶ συνεχὲς καὶ ἐπίτροχον, cõfuſum loquebat̃ & indiſtinctũ ac feſtinũ.

DE VERBIS SVBSTANTIVIS.

23 Conſtructio uerbi ſubſtantiui εἰμί cũ ſequentis articuli poſtpoſitiui cõprehẽſione, diligenter animaduertẽda. nam articulus ad ſequẽtia reſpõdet: ut apud Herodianũ, ἔστι δ' ὧν τὸ πεῖρα μετέσχε τῆς βασιλικῆς ἢ δημοσίας ὑπηρεσίας γενόμενος. Παιδείας β'. τὸ ἔστιν οἳ ἐτύγχανον τὸ θωράκων καὶ γέρρων, οἳ δὲ καὶ μικροῦ καὶ κνημῖδος. Thucy.

ά.τ

α. τῆς τε ἄλλης ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρεία. Et poſtea, καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλον. Ἑλληνικῶν δ'. καὶ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἔστι μὲν ἃ τῶν ἄθλων δὶς ἐνικήθη, ἔστι δ' ἃ δὶς οἱ αὐτοὶ ἐκηρύχθησαν, illo anno binæ accidêre quorundã certaminũ uictoriæ, & bina de ijſdẽ præconia. Thucyd. 8. etiã plurali uerbo eſt uſus, εἰσὶ δ' αἳ τῶν νεῶν καὶ ἐς σίγειον κατῆραν. Adiungunt & aduerbia loci ac temporis, ſimiliter uerbo ſubſtantiuo, ἔστιν ἧ, ἔσθ' ὅτε. Itẽ, οὐκ ἔσθ' ὅπως. Thucyd. ά. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται, καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ἧ, fundamenta enim uaria ſaxa habent congeſta, & ne quadrata quidẽ alicubi cernere eſt. Electra, οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ὅδ' οὐκ Ὀρέστης ἐστί, profecto enim Oreſtes eſt hic. Herod. δ'. εἴτε δικάζοιεν τὰ ἐναντία ἐφρόνουν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν δικαζομένων ἔσθ' ὅτε. Et mox, ἔσθ' ὅπῃ καὶ ξυλίνοις χρώμενοι σκεύεσιν, nõnunquã. Ac paulopoſt, ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ χλεύης εἴδομεν ἀξίας εἰκόνας, nonnulla etiã uidimus ridicula ſimulacra. Item cũ caſu appoſito ad præpoſitionẽ. Thucyd. ά. αὐχμοί τε ἔστι παρ' οἷς μεγάλοι καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ

λιμοὶ ξυνέβησαν. Iungitur cũ uerbo τυγ-
χάνω participiũ uerbi εἰμί. Iſocr. Archi-
damo, αἱ γὰρ δυσπραξίαι ταχέως καταφανεῖς
ποιοῦσιν, οἷοίπερ ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες. cũq́;
aliis participiis. Electra, αἴσχιστα πάντων
ἔργα δρῶσα τυγχάνεις. Similiter & apud
Poëtas κυρῶ. σὺ κυρεῖ. ποῦ ποτ' ὢν κυρεῖς.
ibidem & Trachiniis, ὧν γ' αὖ δειλαίως κυ-
ρῶ, & ἐκπεπληγμένη κυρῶ. Adiunxere
aũt frequenter participiis aliorum uer-
borũ ſubſtãtiua planè περιφραστικῶς, ubi
Latini uerbis modo uterentur, Herod.
κακὸν τοσοῦτον εἴη ἴωνας ἐξεργασμένος. Pla-
to Epitaphio, οὕτω πολλὰ καὶ μάχιμα γέ-
νη καταδεδουλωμένη ἦν ἡ περσῶν ἀρχή, hoc
eſt, domuerat, κατεδεδούλωτο. Et Pluto, ὁ δὲ
πολὺ μᾶλλον γνίτος ἐστὶν ἐξολωλεκὼς, id eſt, ἀ-
πώλεσε, perdidit. Huius figurę ſunt illa,
ἦν λέγων, περιπατῶν, καθήμενος. Huc ꝑti-
nent & illæ περιφράσεις, cũ uerbo γίνομαι:
ἐγένετο ἐπὶ σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις, Μελπο-
μένη. Sed in his nõnunquã eſt quædam
ἔμφασις, ut cũ Latine dicit̃, Nõ is erat ꝗ
uirtuti neruos incideret. Herod. συνδυάσ-
της γὰρ οὗτος, ἐπεὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας. Et

mox, ὗτος τοῖσι λυδοῖσι διὰ μαχεσάμενος, ὅ-
τε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο, hic ille eſt qui dimi
cauit cum Lydis, quo tempore interdiu
obtenebrauit cōmiſſo prælio. Verbũ
ſubſtantiuũ in modo infinitiuo & accu
ſatiuum, propriũ illius modi caſum ad=
mittit, et alium reſpondentem ad uerbũ
finitũ, ut παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, cũ re=
gem eſſe poteſtas illi fieret. Plato Epita=
phio, καὶ ἐμοὶ μὲν οὖν θαυμαστὸν οἷωτε εἶναι εἰπεῖν.

DE PARTICIPIIS ABSOLVTIS.

Elegans eſt uſus participiorum apud
Græcos, ſed præcipue eorũ quę abſolu
te ponunt̃. δέον, δόξαν, ἐξὸν, μετὸν, παρὸν, τυ-
χὸν. Lucian. Λαπίθαις. οὕτως οἶμαι τυχόν. He
rod. 1. εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, cũ po=
teſtas illi fieret. Thucyd. ά. ὡς οὐ μετὸν αὐ-
τοῖς ἐπιδάμνου. Sophoc. Electra, νῦν δ᾽ ἐξὸν
πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα καλεῖσθαι, cũ ti
bi concedat̃. δόξαν δέ σφι ἐποίευν τοιόνδε,
cũ placuiſſet. Lucian. Rhetorũ διδασκά
λῳ, τοσαῦτα καμὼν οὐδὲν δέον. Tale eſt et μέ
λον. Lucian. Τοξάρι, ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον
εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶσσαν, quaſi parũ ſo=
licitus ſis, ne lingua tibi uicto præcidat̃.

Itē ὄν. Thucyd. α΄. ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελ
θὼν, καὶ ἅμα ἀτειχίστων ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσε-
ται, cū eſſet inexploratū. Et mox, ὡς βε-
βαιὸν ὄν, tanquā loco tuto. quod tamen
accipi poteſt, ut ſit Attice poſitū partici-
piū in ſignificatione uerbali: ut Oedipo
Tyran. οἶσθ' ὡς ποιήσων, ſcis quid facias.
φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, ſcito te
cōſtitiſſe. eſtq; hoc frequētiſſimū. Eſt
& peculiaris Græcis uſus infinitiui ſub
ſtantiui talis. Herod. Εὐτέρπῃ, μεγάλα ἐ-
κτήσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι ῥοδῶπιν, ut q̄ qui
dem Rhodopis eſſet. & Κλειοῖ, ἐν οὐδενὶ λό
γῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. Παιδείας β΄.
οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα
παρέχεις. Herodian. ε΄. οὐδὲν οὖν εἶναι αὐτὴν ἐλάν-
θανε τῶν ὑπὸ τοῦ ἀντωνίνου βουλομένων, nihil
igit̄ illā eò loci cōſtitutam fugiebat, &c.
Huc referant̄ & hæc, ἐν τῷ νῦν εἶναι, in prę
ſentia. & ὁ λόγος ὁ τί ἦν εἶναι. Participiū uer
bi ſubſtantiui aduerbialiter affirmatiuū
eſt, ὄντως reuera, q̄d & τῷ ὄντι dicit̄, & ue-
ritatē notat. Plat. Epitaph. ἐπὶ τῷ ὄντι ἐν πα
τρίδι οἰκοῦντας. Μελπομένῃ, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε ὅ-
μηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. & Κλειοῖ, κατὰ τὸ

ἐόντας δίκας ἀποβαίνειν, iuſtas ferri ſētētias.

## DE ARTICVLIS.

Non poteſt intelligi articulorū natura, de Latino ſermone: propterea quod illa prorſus articulis nō utiť. Eſt aūt particula hęc orationis eiuſmodi, ut ſubducta ſuo loco, aut alieno inculcata, mirifice orationem deformare uideať. quod quidem quale ſit, nullis præceptis poteſt explicari, ſed totū poſitum eſt in obſeruationis diligentia. Quod quidē ferè docent, articulū aliquid quaſi prius dictum deſignare: rectius, ut opinor, diceretť, articuli generalem ſignificationē eſſe ἐμφατικὴν, & habere ἐπίτασιν, ut ſit in adiectionib. & appoſitionib. demonſtrationib. explicādo, diſcernendo. Creberrimi etiā ſunt ἐκλείψεις uocū, q̄ in articulis intelliguntť. Iam cōtra præcepta uſus illorū ualde multa reperias apud autores linguæ Græcæ, ut ſic oportere loqui, τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας, τὰς τῶν φαύλων διανοίας, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. Sed idē tamē Iſocrates ſic etiā. ἀλλ' ὁ μὲν τῷ πεζῶν στρατοπέδῳ τῷ μήδων ἐνίκησεν.

Et Herodot. δευτεραῖος ἐκ τοῦ ἀθηναίων ἄστεος. Quorũ & illud erat, τῷ στρατοπέδῳ τῷ περσῶν. & hoc, ἐκ τοῦ ἄστεος τῶν ἀθηναίων. Iam hoc adiectiuũ adiunctũ ſubſtantiuo ſolui in genitiuũ συνάρθρον. Neq; ipſum ſeruarunt, τοῖσι σώφροσι βροτῶν, & οἱ δ᾽ ἀκοσμοῦντες βροτῶν, Philoctete. & Thucyd. τοὺς βοηθήσαντας λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησε. Hæc admonere paucis uiſum, ut ſtudioſi linguæ Græcæ ſcirent in hac parte ſibi nequaq; uerſanda negligenter ſcripta ueterum, neq; annotationib. parcendũ eſſe.

Articuli etiã temere aduerbijs, & quorũ eſt aduerbialis ſignificatio, addunt, aut nõ addunt, ἀρχὴν, τὴν ἀρχὴν. τέλος, τὸ τέλος. παρὰ πολὺ, παρὰ τὸ πολύ. ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. παραυτίκα, τὸ παραυτίκα. ἀπὸ τούτου, τὸ ἀπὸ τούτου. μετὰ ταῦτα, τὰ μετὰ ταῦτα. ὡς ἐπὶ τούτοις, τὸ ἐπὶ τούτοις. παρὰ πολὺ, τὸ παρὰ πολύ. Quę quidẽ ſcribunt ac legunt ὑφ᾽ ἓν, τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὸ ἀπὸ τούτου. Huiuſmodi ſunt τὴν ταχίστην, τὰ μάλιστα, τὸ πρῶτον, τὸ παράπολυ.

Eſt & elegans repetitio articuli pͥpoſitiui cũ particula δὲ, ad hunc modũ, ὅσον γὰρ χρόνον προὔστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ μετρίως

ἐξηγεῖτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη, ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν· Quandiu em̃ p̃fuit reip. in pace, moderate eſt principatu uſus, & incolumẽ illã cõſeruauit, quę illo tẽpore ad ingentem magnitudinẽ excreuit. Cum uero bellũ inuaſiſſet, ne tum quidẽ uires hũc fugerunt, etc. Herod. οἱ δὲ πάριοι ὅκως μέν τι δώσωσι μιλτιάδῃ ἀργυρίου οὐδὲν, διενοεῦντο, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξωσι τὴν πόλιν τοῦτο ἐμηχανῶντο, Parijs quidẽ argentũ dare Miltiadi animus nõ erat, hoc autẽ omni ratione agebant, ut defenderent urbem.

*Animus erat adijcere ſaltem hoc tempore & Annotatiunculas noſtras de Pleonaſmis, &* ἐνδείαις, *quæ à Græcis frequenter uſurparentur: ſed fieri nunc non potuit. itaq; poſterius, ſi res forte tulerit, illa aliquãdo unà cum alijs quibuſdã, aliquanto cõmodius cum ſtudioſis communicabimus.*

BASILEAE, PER BALTHASAREM
Laſium & Thomam Platterum,
Menſe Auguſto, Anno
M. D. XXXVI.

MINERVA.



TV NIHIL INVITA DICES, FACIESVE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vatenij
Syntax.
:
Grā-mat
et ibule

SS
Th
5882